② *speciatim et magis minusve metonymice de idea, sc. exemplo et causa singularum, quae sunt (usum vocis excusat* AVG. divers. quaest. 46, 2 l. 23 sq. ideas ... latine possumus vel formas vel species dicere ...; si autem -es eas vocemus, ab interpretandi quidem proprietate discedimus -es enim graece *λόγοι* appellantur ... -, sed tamen rem tenebimus [seq. l. 45]): **a** strictius (tam de ideis Platonis quam de aeternis dispositionibus, quae continentur mente dei Christianorum, quibus condit creaturam illam spiritalem [cf. l. 64], e. g. l. 50. 53. 63; accedunt adi., maxime aeterna l. 57. al., incommutabilis l. 46. al., ceterum e. g. principalis l. 47): RVFIN. Orig. princ. 1, 2, 2 p. 30, 8 *sapientiam* creatam esse ... 'initium viarum dei' (prov. 8, 22), continens scilicet in semet ipsa universae creaturae vel initia vel -es vel species (sim. 1, 2, 3 p. 30, 10). AVG. divers. quaest. 46, 2 l. 27 sunt ... ideae principales quaedam formae vel -es rerum stabiles atque incommutabiles ..., quae divina intelligentia continentur. *ibid.* l. 60 has -es rerum principales appellat ideas Plato ...; quarum -um participatione fit, ut sit, quidquid est. epist. 14, 4 *utrum* deus generaliter hominis, an etiam uniuscuiusque nostrum -em contineat *eqs.* gen. ad litt. 1, 18 p. 26, 23 non temporalibus ... motibus operari deum ..., sed aeternis atque incommutabilibus et stabilibus -bus coaeterni sibi verbi sui (*aliter* l. 67). 2, 8 p. 43, 20 lucis conditio prius est in verbo dei secundum -em, qua condita est, hoc est in coaeterna patri sapientia, ac deinde in ipsa lucis conditione secundum naturam, quae condita est. 3, 12 p. 77, 3 an genus eorum *animalium* in superioribus -bus intellegendum est, utique spiritalibus, secundum quas creantur inferius? 4, 24 p. 124, 1 in quo verbo dei sunt omnium, etiam quae temporaliter facta sunt, aeternae -es ..., ac deinde in ipsa creatura. lib. arb. 3, 49 humana ... anima naturaliter divinis ... conexa -bus ... si verum ... videt ..., in illis, quibus conexa est, -bus videt. c. Priscill. 8, 9 in dei sapientia omnium faciendarum rerum -es esse potuerunt, non tamen factae. retract. 1, 3, 2 mundum ... ille Plato intelligibilem nuncupavit ipsam -em sempiternam atque incommutabilem, qua fecit deus mundum. al. **b** *laxius apud* AVG. *spectat ad conditionem spiritalem vel causalem tum exortam, cum deus simul omnia creavit* (cf. *Sirach* 18, 1), *ut essent exemplaria omnium rerum postea ordine temporis creandarum*: AVG. gen. ad litt. 1, 9 p. 13, 2 intellectualiter sibimet *creaturae spiritali* inpressas ab incommutabili dei sapientia -es, tamquam intelligibiles locutiones (cf. l. 51). 6, 9 p. 182, 17 in illa ... prima conditione mundi, cum deus creavit omnia simul, homo factus est, qui esset futurus: -o creandi hominis, non actio creati (*antea*: causaliter conditus *homo*). 6, 11 p. 185, 5 'formavit deus hominem pulverem terrae' (gen. 2, 7) ...; non tunc praedestinatus - hoc enim ante saeculum in praesentia creatoris - neque tunc causaliter ... - hoc enim a saeculo in -bus primordialibus, cum simul omnia crearentur -, sed creatus in tempore suo visibiliter in corpore. 7, 22 p. 220, 4 non ipsas tunc naturas atque substantias,

quae futurae fuerant, deum creavisse, dum crearet omnia simul, sed earum futurarum causales quasdam -es (9, 1 p. 269, 10 in prima c. -um conditione ex aquis ea *volatilia* esse producta [cf. gen. 1, 20]. al.; paulo aliter p. 197, 14). 9, 15 p. 288, 14 *ut* secundum illas in primis sex dierum operibus causaliter creatas -es aliquid tempore creetur (*distig.* -es principales in verbo dei non creatas). 10, 2 p. 298, 2 sq. in aliqua creatura ... factam -em animae *futurae*, velut in hominibus, qui iam sunt, facta -o latet generandorum filiorum, (cf. p. 196, 49, 204, 3). al.

β *ut congruat naturae suae, respondeat fini sibi appetendo, sc. conveniens, non absurdum, validum sit*: TERT. apol. 48, 2 si quaecumque -o praest animarum humanarum reciprocandarum in corpora, (i. μετεψυχώσεως). anim. 43, 7 v. p. 225, 39. ieiun. 3, 1 tunc ... agnosceretur observationis, sc. *ieiunii*, necessitas, cum eluxerit -is auctoritas a primordio recensendae. monog. 7, 5 *praeceptum veteris testamenti* cessavit valere cessante -e. pudic. 10, 2 illic ... paenitentiae constare -em, ubi ... voluntate delinquitur. LACT. inst. 4, 17, 14 sanguinis (carnis var. l.) circumcisio caret utique -e, quia *eqs.* al.

C *respicitur imprimis, quemadmodum aliquid fiat, ut significetur i. q. modus, methodus, via sim. (vi quodammodo deflexa vel aucta v. sub 2. sunt qui putent vocem -o, imprimis c. gerund., quibusdam locis adhibitam esse ad circumscribendum inf. pro subst. [v. e. g. Nägelsbach-Müller, Lat. Stilistik, 1905, 137. 258; Yon, Ratio, 1933, 173]: quamquam conferre possis p. 174, 65. 199, 21, -o tamen non sua caret notione, v. p. 190, 61. 199, 75 sqq. 203, 52 sqq.)*: **1** *usu sollemni (praeter ipsum modum actionis respiciuntur etiam eius condiciones variae, sc. quando, ubi, quibus auxiliis sim., e. g. l. 48. 72 p. 199, 6. 40 sq. 45 sq.; cf. p. 199, 53 sqq.)*: **a** *res, de qua agitur, indicatur fere per gen. (praeter p. 199, 13 sq.; adi. pro gen. l. 54. p. 199, 54)*: **a** *significatur, cuius actionis proprius sit modus*: ① *accedit gen. subst. (pron.) actionem significantis (sed agentem [rem] l. 50)*:

② *exempla varia*: PLAVT. Mil. 772 sq. quando habeo *anulum tuum*, igitur -em mearum fabricarum dabo. :: utere, accipe. :: accipe a me ... -em doli, quam institui. CIC. Arat. 303 *fabro* Pallas sollertem ... dedit fabricae -bus artem. inv. 1, 3 (2 ex feris ... mites reddidit) ut homines ... ad diversas -es vitae traduceret (Manil. 70 illa nostra laboriosissima -e v. rep. 3, 6 illa in optimis studiis et artibus quieti v. -o beator, haec civilis laudabilior est. Tusc. 2, 12 philosophus in v. -e peccans. al. QVINT. decl. 316, 4 ante actae v. -o. al.; v. quae p. 182, 27 *monuimus*). Quinct. 22 singulare genus fraudis et novam -em insidiarum cognoscere. Catil. 2, 13 quem ad modum esset ei -o totius belli descripta (CAES. civ. 3, 73, 1 Caesar ab superioribus consiliis depulsus omnem sibi commutandam b. -em existimavit. al. LIV. 40, 21, 7. al. CVRT. 8, 10, 20 -em b. necessitas mutavit: divisio ... copiis ... arma ostendit. al.). al. CAES. Gall. 3, 14, 3 quam -em pugnae insisterent. VITR. 1, 7, 2 ad sacrificiorum -es aptae ... areae (4, 8, 7. PLIN. nat. 17, 267 cuius s. -em precationemque ... tradidit Cato). VAL. MAX. 9, 2 ext. 1 *captivi interfecti* inusitata -e mortis (*ibid.* 6 crudeliorem m. -em excogitavit rex Persarum). CELS. 7, 7, 10 eadem -o medicinae est (i. *curationis*). COLVM. 5, 11, 9 *ficus* optime ... inseritur (s)carifici -e, (Dahllöf sec. codd. SA). PLIN. nat. 11, 20 *apud apes* -o operis haec: interdiu statio ad portas ..., quies in matutinum *eqs.* 18, 296 messis ipsius -o varia. al. **c** *gen. agentis cuiusdam (rei)*: CIC. de orat. 2, 358 in oratione imaginibus agere pictoris cuiusdam summi -e et modo ... locos distinguentis. VITR. 10, 3, 2 suculae cardines ... torni -e versando faciunt oneris elationes. SEN. nat. 1, 4, 1 speculi *repercutientis* -e imaginem reddi *arcu caelesti* (1, 5, 10 [speculari var. l.]). PLIN. nat. 1, 2, 88 insularum enascentium -o (cf. 2, 202 nascuntur et alio modo). QVINT. inst. 7, 2, 27 quae ... defendentium, eadem petentium ... -o est. al. **β** *c. gen. subst. a verbo derivati (pron. ipsum verbum excipientis e. g. p. 199, 3. 7; exempla selecta inde a Liv.)*: RHET. Her. 2, 2, 3 huius constitutionis *coniecturalis* -o in sex partes est distributa: probabile, conlationem *eqs.* (CIC. inv. 2, 74 constitutionum -em atque praecepta). 3, 12, 20 *firmitudo vocis* conservatur -e declamationis. 3, 15, 26 *ad vocis modulationem* motus ... corporis -o ... esse accommodanda. 4, 44, 58 -es adhibere expolitionis. CIC. inv. 1, 54 -e rogationis ... ad id, quod non vult concedere, deducendus est *adversarius*. Q. Rosc. 24 sunt formulae ... constitutae, ne quis ... in ... -e actionis errare possit (QVINT. inst. 12, 1, 45). Tull. 3 mihi mutanda -o defensionis (Planc. 5 in causa facili ... perdifficilis ... et lubrica d. -o proponitur. al. VEG. mil. 3, 6, 20 ut locorum varietas eveniret, ita d. -o *militum* variatur. al.). leg. agr. 3, 13 legem *agrariam* ... ad Sullanae adsignationis -es esse accommodatissimam. de orat. 2, 185 dispar ... -o orationis, quae ... mentes iudicum permovet, sc. *πάθος* (3, 30 novam quandam -em ... o. et dicendi genus. off. 2, 48. al.). al. LIV. 37, 10, 8 -o simulatae prodigionis. VITR. 8, 5, 1 cuius *aquarum perductionis* -o est prima perlibratio. CELS. 2, 7, 33 si ... neque per sanguinis distractionem neque per victus -em, sc. *διαιταν*, finitus est *dolor* (6, 6, 1^g *pulticula* ..., panis ...; v. ... -o talis ... necessaria est. 6, 6, 11 v. -o servanda est. 7, 7, 15^b *aegri quidam* manu nihil

adiuvantur; medicamentis et v. -e ... ad sanitatem perveniunt. *al.*) 7, 7, 1^a haec ... -e curationis inter se non multum distant ([*postea opp.* aliter ... curantur]. 7, 9, 2. *al.*) 7, 25, 3 infibulare ...; eius haec -o est: *eqs.* 8, 3, 1 exciditur ... os duobus modis ..., modiolio ..., terebris; [utriusque] -em proponam ([...] *generis excidendi; an instrumenti adhibendi coll. p. 200, 23?*). COLVM. 4, 14, 3 pampinationis eadem debet esse -o huius anni quae prioris. 5, 6, 37 *vitem* frequentare aut ... propagare; cuius utriusque -o consimilis est (ei), quam tradidimus. PLIN. nat. 35, 124 quoniam tarda picturae -o esset illa (36, 184 *pavimenta* elaborata ante [*Detlefsen, arte trad.*] p. -e, donec *eqs.*). QVINT. inst. 6, 1, 1 eius *perorationis* duplex -o est, posita aut in rebus aut in adfectibus. 10, 2, 23 in *causis* alia concitate, alia remisse ... dicenda, quorum omnium dissimilis atque diversa inter se -o est. *al.*

② *accedit gen. gerund. (dat. l. 50 et e. g. PLIN. nat. 34, 166, c. praepos. ad, in l. 28. 38. al.; saepe apud scriptores artium, sed usus deest VITR.; exempla selecta):* RHET. Her. 3, 1, 1 earum -em rerum inveniendarum, quae pertinebant ad causas deliberativas ([*postea: inveniendi praeeptio*]. *item usu rhet.*: CIC. de orat. 3, 156 quarum *translationum* ... aut inveniendi -em aut genera. part. 68 et disponendi. QVINT. inst. 10, 5, 19 eloquendique. *al.*; *aliter:* CIC. off. 1, 107 officii. PLIN. nat. 1, 31, 26 aquas. *al.*) 4, 17, 24 optima vivendi -o est eligenda (*ibid.* bene v. -es. CIC. Tusc. 5, 36 huic viro *seculo* optime [v. -o] comparata est [i. Plato *Menex.* 248^a ζῆν]. *al.* SEN. dial. 8, 2, 1 -em v. quaerere atque exercere. *al.* APVL. Plat. 2, 8 p. 230 *homo* aversus a recta v. -e. *al.*; *sine respectu morum* e. g. CIC. fin. 3, 23 ad quamdam -em v. data *membra* [*postea: formam v.*]). CIC. div. in Caec. 44 *Hortensi* petitiones -esque dicendi (de orat. 2, 92 cuiusque aetatis quae d. -o voluntasque fuerit. *al.* QVINT. inst. 3, 8, 64 secundum condicionem ipsius, quae tractabitur, rei accommodandam d. ... -em. *al.*; cf. -o in dicendo: CIC. de orat. 2, 128 [*loq. Antonius*] meae totius in d. -is [or- var. l.] ... tres sunt [rationes] *eqs.* 2, 292). Vatin. 12 cum certa sit -o navigandi in *Hispaniam* (fin. 1, 42 bene n. -em habet *gubernator*). rep. 2, 59 aliqua -o ... in illo aere alieno medendi (Tusc. 4, 62 omnium philosophorum ... una -o est m. *aegritudinibus* [61 curatio]. PLIN. nat. 16, 246 ea m. -o, sc. *purgatio. al.*). off. 1, 135 sermo delectationem habeat, et ut incipiendi -o fuerit, ita sit desinendi modus (cf. QVINT. inst. 9, 4, 18 clausulae ... et cludendi inchoandique sententias -o). Att. 9, 19, 3 aliam -em huius belli gerendi nullam video (CAES. Gall. 7, 63, 4 ut *Vercingetorix* -es ... b. g. communicet. LIV. 22, 39, 9. *al.*; *geritur aliud:* CIC. fam. 1, 7, 6 haec -o rei g. periculosa). NEP. Hann. 10, 3 ad hunc *Eumenem* interficiendum talem iniiit -em. VARRO rust. 2, 1, 16 (*antea: de pastione*) pascendi primus locus ... est, eius -o triplex: in qua regione ... pascas et quando et qui (COLVM. 6 praef. 4 in rusticatione ... antiquissima est -o p. [*postea: partem rei rusticae*]. 6, 3, 2 boves ... recte p. non una -o est). LIV. 42, 3, 11 quia reponendarum *tegularum* nemo artifex inire -em potuerit (CELS. 8, 16, 2 reponendi *membra* -o una est). COLVM. 7, 8, 7 -o faciendi casei (PLIN. nat. 13, 7 -o f. *unguentum* duplex, succus et corpus: ille olei generibus fere constat, hoc odorum. 33, 79 aurum f. est ... una -o ex auripigmento. *al.*). PLIN. nat. 1, 18, 52 -o saepius anno serendi idem arum (17, 166 huius *vineae* s. -o dicitur ...; tribus ... seritur modis. 18, 224 cum sit vera -o non prius s., quam folia coeperint decidere. *al.*) 34, 142 -o eadem excoquendis venis. QVINT. inst. 5, 7, 10 faciliorem videtur in rogando habere -em qui scit, quid testis responsurus sit. HYG. lim. grom. p. 147, 18 quae sit mundi magnitudo, quae -o oriundi aut occidendi. *al.*

③ *pro actione ponitur gen. rei parandae, faciendae sim. (curandae l. 67; saepius cogitare possis de gerund. subaudiendo; adi. pro gen. l. 66. 70):* RHET. Her. 1, 4, 6 exordiorum -em ad causae genus accommodari (1, 9, 16 certam viam et perspicuam -em e.). CIC. Verr. I 10 ea spe ... praeditum, ut omnem -em salutis in pecunia constitueret (52 ad suspicionem criminis *potius* quam ad -em s.). de orat. 2, 180 videris ... a me -em ordinis *argumentorum* et disponendarum rerum requisitis (*adde p. 200, 17*). 2, 209 par atque una -o est spei, laetitiae, molestiae *excitandae*. Att. 8, 1, 3 in qua *causa* neque pacis neque victoriae -o quaesita sit umquam, sed ... calamitosae fugae. CAES. Gall. 4, 17, 3 (2 difficultas faciendi pontis) -em pontis hanc instituit: tigna bina ... inter se iungebat *eqs. al.* VITR. 5, 3, 3 fundamentorum ..., si in montibus fuerit, facilius erit -o (*postea: ita erunt faciendae, quemadmodum eqs.*) 7, 8, 1 ingrediar ... minii -es explicare (7, 9, 1 minii temperaturam). 10, 4, 2 cum est navali -e picatum *tympaanum. al.* CELS. 3, 5, 2 *februm* tertianarum vel quartanarum ... expeditor -o est. 5, 17, 2^c pastilli haec -o est: *eqs.* COLVM. 5, 9, 17 superest (-o) pomiferarum arborum, cui rei deinceps praeepta dabimus. 8, 2, 6 -o cohortalis, quam Graeci vocant *ὀρνιθοτοροφίαν. al.* PLIN. nat. 17, 199 sequitur arbusti -o (*postea: nobilia vina non nisi in arbustis gigni*). 23, 139 (138 antiquorum compositio) alia -o suci: siccato exprimebant pomo *eqs. al.* QVINT. inst. 9, 4, 63 eorum *initorum* facilius -o est. 12, 10, 4 *Zeuxis* luminum umbrarumque invenisse -em ... traditur. *al.*

β *significatur, qua in re constet modus (exempla certiora):*

① *per gen. gerund. vel subst. actionem significantis (cf. p. 163, 6):* RHET. Her. 4, 33, 45 in *exemplis propositis* finitima verba rerum dissimilium -e abusionis esse traducta. CIC. inv. 1, 52 ut etiam illud, quod dubium videretur, ... propter [-em rogandi] concederetur ([...] *quae vocatur inductio*). de orat. 1, 9 qui *philosophi* ... omnia ... scientiae pervestigatione vel disserendi -e comprehenderit (leg. 1, 62 *dialectica* omnia ... vallabit d. -e). 3, 56 hanc ... cogitandi pronuntiandique -em ... veteres Graeci sapientiam nominabant. rep. 2, 23 principes novam et inauditam ceteris gentibus interregni ineundi -em excogitaverunt. ad Q. fr. 1, 1, 18 nescio quo pacto ad praecipiendi -em delapsa est oratio mea. VITR. 7, 10, 1 quemadmodum praeparatur *temperaturae* certis -bus artificiorum. VAL. MAX. 3, 2, 12 dedecus arcessita -e mortis effugit *imperator*. COLVM. 3, 18, 6 pangendi optima est -o recti malleoli. 5, 11, 12 (*inde arb.* 26, 9) -em terebrationis (*antea: quantum illud genus insitionis*). 6, 14, 7 *possunt sanari boum clavi*; potior est tamen -o custodiendi, ne nascantur ([...] *cf. Veg. mulom.* 4, 15, 5 melius ... est custodire). 12, 2, 5 haec eadem, *quae in exercitu est*, -o praeparationis atque [ordinis] (*ad p. 199, 59*) etiam in navigiis ... valet. PLIN. nat. 17, 42 (*respic. terra emendanda*) alia est -o ... alendi eam ipsa *terra*. 31, 38 exercitationis -o. SIL. 8, 330 (*Paulus Fabio*) unica ... cunctandi -o, qua te grassante ... Hannibal oppressum vidit considerare bellum. QVINT. inst. 4, 1, 49 non inutilis etiam est -o occupandi quae videntur ob stare. 9, 2, 50 contraria dicendi, quam quae intellegi velis, -o (*i. ironia*). *al.* ② *per gen. rei adhibendae (cf. p. 163, 10. 67):* RHET. Her. 4, 7, 10 exemplorum -em *afferendum*, *qua utuntur Graeci*, secuti non sumus. CIC. de orat. 1, 157 adhibere ... istam locorum simulacrorumque -em, quae in arte traditur. 3, 149 quorum *verborum* ... nobis -o ... videnda est *ad ornandam orationem*. LVCR. 5, 1006 (*versu suspecto*) improba navigii -o tum, *sc. primis temporibus*, caeca iacebat. 6, 1226 nec -o remedii communis certa dabatur. VITR. 9 praef. 14 Archytas (hemi)cylindrorum descriptionibus, Eratosthenes organica mesolabi -e idem explicaverunt. 10, 11, 1 aliae *ballistae* ... vectibus ..., quaedam ... tympanorum torquentur -bus. PLIN. nat. 2, 63 omnia ... haec constant -e circini semper indubitata. 2, 162 *Dicaearchus montem* altissimum prodidit Pelium MCCL passuum -e perpendiculi. 26, 14 (*antea: vinum ... aegris dando ... tempestive*) vini -em illustraverat Cleophas. *al.*

β *res, de qua agitur, indicatur aliter vel intellegenda est e contextu:* α *abl. modi -e (rarius -bus [maxime apud RHET. Her., VITR.], per -em p. 198, 73. 201, 2; pertinet fere ad verbum [mera vi augendi l. 59. p. 201, 8], sed l. 56. p. 201, 23. al. ad totam sententiam ita, ut indicetur, quia condicione aliquid fieri possit):* ① *in universum:* A *c. variis pron. vel adi. (exempla pauca selecta; iuxta locut. vel adv. notionis affinis e. g. l. 46sq. l. 51. 54):* PLAVT. Merc. 56 (*loq. filii prodigus*) -e pessuma me ea *bona* ... diffunditare (cf. HOR. sat. 2, 6, 6 neque maiorem feci -e mala rem *meam*. COLVM. 4, 3, 3 agrum bonis ac malis -bus colendum). TER. Eun. 322 qua -e eam *puellam* amisisti? ([*nisi ad p. 188, 74sqq.*]). RHET. Her. 3, 3, 4 quo modo aut q. ... -e. CIC. de orat. 2, 74 quibusnam -bus quibusque praeeptis ... vis *dicendi* comparetur. VARRO rust. 1, 2, 28 quem ad modum ..., quo pacto ..., q. -e. *et saepe; haud raro in versibus, e. g. VERG. Aen.* 8, 49 q. -e quod instat expeditas victor. HOR. sat. 2, 5, 10 Ov. met. 4, 409. cf. GLOSS. II 411, 47 *ποῖω λόγῳ*: q. -e). RHET. Her. 4, 41, 53 neque alius quisquam aequae commode neque iste aliis commodioribus -bus *id* facere potuit (CAES. civ. 3, 18, 5 a. -bus, per conloquia, de pace agere. *al.*; *sing.* alia -e e. g. CIC. Caecin. 3 longe a. -e ... atque initio [*sc. animo aequo, non anxio*]). VITR. 10, 16, 1 a. -e ad audaces ..., aliter ad timidos machinationes debent comparari. CELS. 3, 27, 4^c. *indicat condicionem totius sententiae:* CAES. Gall. 1, 42, 4 Ariovistus postulavit, ne ...; a. -e sese non esse venturum). CIC. div. in Caec. 44 quicum, *sc. cum Hortensio*, ... omni -e pugnandum ... sit (Att. 16, 14, 4 gravedini ... o. -e subveni. *et saepe; non nisi ad augendam vim affirmativam e. g. CIC. leg. agr.* 2, 14 o. hoc -e vobis confirmare possum, Quirites, *eqs.* VITR. 7, 2, 2 circa id ferramentum ... haerens *calx* o. -e probabit se esse temperatam. CELS. 8, 10, 7^f frigus ... o. -e vitandum *aegrotio*. GLOSS. II 393, 42 *πᾶντι λόγῳ*: o. -e). *al.* ③ *c. pron. vel adi. anaphoricis vel praeparativis (saepe apud scriptores artium, sed usus deest PLIN. nat.; exempla pauca selecta):* RHET. Her. 1, 16, 26 hac -e iudicationem reperire convenit (CIC. inv. 2, 99 *ne facinus fieret*, h. -e provideri potuisse, si hoc aut illud fecisset. VITR. 9, 8, 6 ita his -bus ... componuntur *horologia*. CELS. 6, 19, 2. COLVM. 12, 53, 1 h. ... -e confici debet *oleum quoddam*. MART. 1, 97, 3. *al.*) 3, 4, 7 eadem -e narrari res oportebit, *qua in iudiciali causa (al., v. vol. VII 1, 187, 79sqq. 195, 25sqq.)*. CIC. inv. 2, 74 eius generis praeepta ... huc pari -e transferre (CAES. civ. 3, 101, 4 p. atque *antea* -e egerunt *militēs*. VITR. 2, 1, 5 p. similique -e ... perficiuntur *casae. al.*). Verr. II 5, 19 non agam tam acerbe ...; non agam ista -e (SEN. contr. 7 praef. 7 i. -e schemata *verborum* ... tolluntur. SEN. epist. 94, 33 ordinatur ... i. -e animus. *al.*). VITR. 2, 9, 4 cum ea -e curatae fuerint *arbores* (CELS. 8, 10, 7^g

potest ... ea -e ... vulnus sanescere. COLVM. 4, 22, 9 ea -e ..., quam priore libro praecepimus. FRONTIN. strat. 2, 7, 2. *al.* per -em: CIC. Verr. II 2, 127 ita Iovis illud sacerdotium ... p. hanc -em Theomnasto datur. Caecin. 92 dupliciter homines deiciuntur, aut sine coactis ... hominibus aut p. eiusmodi -em. CELS. 3, 21, 5 *febris* submovenda est p. eas -es, per quas huic succurri posse propositum est. © nulla -e, neque *sim.* ulla -e (*saepe iuxta posse sim., ut subluceat respectus facultatis; haud raro ad augendam vim negativam, e. g. l. 11. 17*): CIC. inv. 2, 171 cum eam *necessitudinem simplicem* nulla -e lenire possimus (ac. 2, 141 quod ... adprobas ... deque eo n. -e ... moveri potes. *al.* LVCR. 1, 153 operum *caelestium et terrestrium* causas n. -e videre possunt *mortales. al.* CAES. civ. 1, 70, 2 *interclusis* auxilium ferri n. -e poterat. *al.* BELL. Afr. 87, 7 quibus *Vicensibus* cum Cato persuadere n. -e quiret, ut *eqs. al.*). Catil. 1, 17 si te parentes timerent atque odissent tui, neque eos -e ulla placare posses (LVCR. 5, 1052 nec -e docere u. suadereque surdis ... facile est. VITR. 1, 5, 7 n. ... poterit *onus* u. -e extrudere muri substructiones. APVL. met. 10, 16, 9 nec u. ... -e conterritus ... calicem uno hausto perduxit. *al.*). p. red. in sen. 27 decrevistis, ne quis ulla -e rem impediret. *al.*

② *in rerum natura* (cf. p. 198, 54. 199, 52; *saepe simul de causa et modo cogitare licet, e. g. l. 26. 32, necnon de modo sec. naturae legem, e. g. l. 30. 35 [cf. p. 183, 61]; exempla selecta*): LVCR. 1, 335 si non esset *inane*, nulla -e moveri res possent. 1, 549 sunt ... solidā primordia simplicitate, nec -e queunt alia servata per aevom ... res reparare. 4, 446 *sidera* videntur labier ... aliam in partem ac vera -e feruntur. 4, 773 id fieri celeri -e putandum est: tanta est mobilitas *simulacrorum* (*al.* CIC. div. 1, 118 non difficile est, quae fieri certe videmus, ea qua -e fiant, suspicari. SEN. nat. 1, 1, 6 eadem -e fiunt ista, sc. *ignes caelestes*, qua fulmina. *al.* PLIN. nat. 18, 197 fit ... quorundam *sementium* occulta -e, quod sors genialis atque fecunda est. GELL. 7, 2, 9. *al.*). 5, 1439 certa -e geri rem, sc. *naturae vices et motus*, atque ordine certo (6, 760 omnia quae naturali -e geruntur. *al.*). *et saepe apud eundem*. VITR. 9 praef. 18 quibus ... -bus dilatentur aut contrahantur *umbrae*, explicabo. VAL. MAX. 1, 8 pr. quae, quia ..., qua -e constiterint, dinoscere arduum est, merito miracula vocentur. SEN. nat. 3, 20, 2 hac -e corruptae *fontes*. COLVM. 4, 29, 2 non quid ... casu fiat, verum quid certa -e plerumque proveniat, discentibus praecipere. PLIN. nat. 1, 2, 44-48 qua -e echo reddatur. *al.*

β *casus ceteri*: ① -o *excipit modum contextu antea illustratum* (sc. per pron. *anaphorica*, *imprimis* haec; *exempla selecta*): PLAVT. Trin. 372 (371 egestatem ei tolerabis, si ...?) istam volo me -em edoceas. RHET. Her. 2, 19, 30 in omni argumentatione ... haec, quam exposui, -o est habenda. CIC. inv. 2, 61 hanc -em ad perturbationem iudiciorum omnium pertinere. Caecin. 85 (84 ad istas verborum angustias ... revocas) huius -is ... ne probatorem quidem esse me *existimate*. CAES. Gall. 1, 40, 9 cui -i *pugnandi* contra homines barbaros ... locus fuisset. civ. 1, 44, 3 haec ... -o nostros perturbavit insuetos huius generis pugnae. VITR. 7, 3, 10 tectores ... his -bus utendo faciunt opera firma. CELS. 3, 20, 3 (*antea*: excitat *lethargum* ... repente aqua frigida infusa) commodissima haec -o est. COLVM. 4, 22, 5 multi ... vineas ... detruncant ...; sed haec quidem -o minime nobis placet. PLIN. nat. 32, 70 *fel piscis* inungui ter oportet *suffusionibus* ...; eadem -o albugines oculorum tollit. 33, 66 *aurum* puteorum scrobibus effoditur aut in ruina montium quaeritur: utraque -o dicatur *eqs.* QVINT. inst. 2, 6, 4 (2 *discipulis* demonstrasse rectam ... viam ..., revocare ab errore) utraque ... -o miscenda est. PLIN. epist. 8, 2, 8 (3 omnibus *negotiatoribus* ... partem octavam pretii ... concessi) magno mihi ... -o haec ... stetit. *al.* ② -o *illustratur verbis sequentibus (modum vel etiam finem indicantibus)*: CIC. Quinct. 46 inveniri -o ... non potest, ut ad suum quisque ... perveniat? (COLVM. 3, 21, 11 secunda est -o, ut diversae notae non alias conseras vitis. 4, 11, 4. PLIN. nat. 34, 122 -o, ut XVI drachmae *misy* in hemina aceti coquantur *eqs. al.*). Verr. I 48 habeo ... certam viam atque -em, qua omnes illorum conatus investigare ... possim (*item per enunt. relat.*: Sest. 136 ad eam -em, in qua multi ... gloria floruerunt, cohortabor *adulescentes*: haec est una via *eqs.* VARRO ling. 10, 72 alia ... -o, qua facias vestimentum, alia quemadmodum utare vestimento. SALL. Catil. 40, 3 -em ostendam, qua tanta ista mala effugiatis. RVT. LVP. 2, 10. *al.*; *addasne p. 168, 45?*). II 2, 142 inventam esse -em, qua re ... iste HS *tot* ... ceperit (*postea*: genera ... pecuniarum capiendarum), 3, 38 illa fuit ad calumniam ... -o, quod edixerat, ut *eqs.* (3, 171). 5, 159 quem ad modum de tanta re dicam? opinor, unus modus atque una -o est: rem in medio ponam (*item c. enunt. paratactice addito e. g. CELS. 7, 8, 4 quae res, cum ... eandem etiam -em habeat in auribus et labris curandis*, simul explicanda est: *eqs.* PLIN. nat. 18, 300 culmus teritur; -o haec: *eqs.*). Caecin. 102 illam -em ... quaereremus, quem ad modum ... civem retinere possemus (Scaur. 8). fam. 6, 21, 1 eversis omnibus rebus ... una -o videtur, quicquid evenierit ferre moderate (*item c. inf.*: Ov. Pont. 3, 9, 15 non eadem -o est sentire et demere morbos. CVRT. 6, 5, 16 una -o

erat caedendo *arbores* aperire saltum. *al.*). PLIN. nat. 8, 54 *ad leones capiendos* casus -em docuit ... sago contra ingruentis impetum obiecto, *quo operiatur* (*item c. abl. absol.*: 13, 10 rhodini *unguenti* mixtura ... additis *quibusdam* ...; similis -o et in crocino additis cinnabari, ... vino). TAC. ann. 11, 25, 3 *famosos* ... quonam modo senatu depelleret anxius, mitem ... -em adhibuit *ensor* monendo, secum quisque de se consultaret *eqs.* *al.* ③ *exempla cetera selecta*: RHET. Her. 2, 4, 6 *reum* fugisse alias -es commodiores *ad rem perpetrandam* propter cupiditatem. CIC. Cluent. 36 -o excogitata Larini est, res translata Romam. leg. agr. 3, 10 -es Sullae ... defendere (sc. *assignmentem agrorum, cf. p. 198, 68*). fam. 4, 2, 3 aut probare ... aut interesse ...; quorum altera mihi turpis, altera etiam periculosa -o videtur. CATVLL. 42, 22 mutanda est -o *modusque, ut puella reddat codicillos*. MANIL. 2, 691 ex istis *observationibus* -o est repetenda per artem, pacata infestis signa ut discernere possis. COLVM. 1 praef. 26 in eo ipso *pecore ovillo* dissimilem -em postulat Tarentinum (*postea*: aliter curatur). QVINT. inst. 5, 10, 31 neque ... complecti omnia ... possumus, contenti -em plura quaesituris ostendere. 11, 1, 74 difficilius ei *Ciceroni* -o in iudicio Cluentiano fuit. *al.* in *disceptatione praeceptorum de vera -e* (cf. p. 199, 49. 201, 49): RHET. Her. 3, 23, 38 quorum *Graecorum, qui de memoria scripserunt*, -em aliquot de causis improbamus: primum, quod *eqs.* 4, 2, 4 ad contrariam -em *veterum auctoritatum* probandam. CELS. 3, 4, 16 in quo vanam -em secutus est *Asclepiades* (17 neque ... verum est, quod Themisoni videbatur). COLVM. 6, 2, 11 qui stimulis ... id vitium *bovis* eximi melius iudicant, verae -is ignari sunt. *al.*

2 *usu peculiari*: α *de tota doctrina disciplinarum praecipientium, quomodo quid explicandum, intellegendum vel efficiendum sit (exempla certiora, sc. vigente respectu methodi [aliter p. 179, 23]; partes quasdam artis fusius tractatas v. sub 1, e. g. p. 198, 58. 199, 15 sqq. 40)*: α *vario usu*: ① *nude positum*: LVCIL. 350 labora discere, ne te res ipsa ac -o ipsa, refellat (sc. *orthographia, ni fallimur contextu deficiente; cf. l. 63*). CIC. de orat. 1, 14 totius -is *dicendi* ignari, qui neque exercitationis ullam viam neque aliquod praeceptum artis esse arbitrantur. 2, 108 in quibus *disputationibus philosophorum* hoc praecipit -o atque doctrina, ut *rem accurate definias*. top. 2 (*antea*: disciplinam inveniendorum argumentorum) ut totam -em ... acciperes. *al.* QVINT. inst. 2, 17, 25 dum ipse *medicus* omnia secundum -em fecerit, medicinae fine non excidet, *etiam si sanare non potuit*. 2, 17, 38 (36 artem earum rerum esse, quae sciantur) *si* -o efficit, ut haec non opinari, sed propter vim probationum scire videantur *philosophi*, eadem -o idem praestare oratori potest. *al.* FLOR. epit. 1, 8, 4 quid ille militiae artifex Tullus? bellatoribus viris quam necessarius, ut acueret -e virtutem. *al.* ② *c. gen. gerund.*: RHET. Her. 1, 1, 1 tua nos ... voluntas commovit, ut de -e *dicendi* conscriberemus (*postea*: rhetoricam]. *al.* CIC. de orat. 1, 167 non defuit illis patronis ... eloquentia neque d. -o aut copia. 1, 187 in ... -e d. *conclusa* sunt excogitare, ornare, disponere, meminisse. *al.* QVINT. inst. 2, 17, 43 (*antea*: rhetorices]. *al.*). CIC. de orat. 1, 85 esse ... prudentiam, quae versaretur in perspicendis -bus constituendarum et regendarum rerum publicarum (1, 201 r. rei p. -o ac scientia. cf. div. 1, 24 nulla est rei p. gerendae -o atque prudentia). 2, 153 *cum philosophi Graeci se* et videndi res obscurissimas et bene vivendi et copiose dicendi -em daturus hominibus pollicerentur (rep. 3, 4 qui de -e v. disserunt. *al.* SEN. frg. 17 [Lact. inst. 3, 15, 1] philosophia ... est ... recta -o v. vel honeste v. scientia vel ars rectae vitae agenda. APVL. Plat. 1, 4 p. 189 ad ... v. ... et intellegendi ac loquendi -em. *al.*). Brut. 253 qui[n] *Caesar* ... de -e latine loquendi accuratissime scripserit (*respic. grammatica ut e. g. QVINT. inst. 2, 1, 4 recte. 4, 2, 118 figurae ... poeticae et contra -em l. ... receptae. IVV. 6, 453; dialectica*: CIC. orat. 113 disputandi -o et l. dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi. *al.* APVL. l. 53. LACT. inst. 3, 13, 4 in qua, sc. *λογική*, tota dialectica et omnis l. -o continetur). ac. 1, 19 *Platonis* philosophandi -o triplex, una de vita et moribus, altera de natura ..., tertia de disserendo. *al.* CELS. 1 prooem. 11 *Asclepiades* medendi -em ex magna parte mutavit (*antea*: medicina). SEN. dial. 12, 9, 3 pietas, omnium officiorum recte dispensandorum -o *eqs. al.* SVET. Aug. 88 orthographiam, id est formulam -emque scribendi a grammaticis institutam (gramm. 10, 6 *instruere* praeceptis de -e s. *al.*). *al.* ③ *c. adi. vel gen. subst. artem artificemve indicantibus*: RHET. Her. 1, 3, 4 ut ... eas *partes orationis* ad inventionis -em accommodaremus. CIC. de orat. 3, 26 una est ars -oque picturae, dissimillimi ... tamen inter se *pictores* (*antea*: fingendi ... ars). div. 1, 90 divinationum -o, sc. *barbarorum* (91 magorum disciplinam scientiamque). phil. frg. V 30 (Non. p. 81, 33) dialecticorum -o. fam. 1, 9, 23 omnem antiquorum et Aristoteliam et Isocratiam -em oratoriam complectuntur *libri de oratore*. VARRO rust. 2 praef. 5 (4 agri culturarum et pastionem) alia ... -o ac scientia coloni, alia pastoris. VITR. 1, 1, 13 -is plasticae non ignarus. 6 praef. 7 corpus architecturae -esque eius. VAL. MAX. 8, 7 ext. 3 caelestium observationum -em. *ibid.* 8 musicae -is ... elementum (COLVM. 1

praef. 3 saltationis ac m. -is studiosi). CELS. 1 prooem. 65 exterae gentes, cum subtilem medicinae -em non noverint *eqs.* (PLIN. nat. 1, 29, 5. QVINT. inst. 2, 21, 19 in corpore ... veneni signa ...; est id ex -e m.). QVINT. inst. 2, 21, 18 opus erat -e architectorum. *al.* in *veriloquio* vocum q. s. oratio, orare: DIFF. ed. Uhlfelder 43 orare dicitur, quem oris -o ducit; ... *'precantur'* etiam imperiti (Suet. p. 312, 35 oratores, qui quasi -e o. exponant. ISID. orig. 1, 5, 3. *al.*).

β *distinguitur sive natura sim. sive exercitatio sim., ut acuatur id, quod sola institutione acquisitum est (variat in contextu c. ars l. 11. al. et e. g. Cic. de orat. 2, 147, disciplina l. 29. al.), doctrina l. 18 et e. g. QVINT. inst. 7, 10, 14, sim. al.):* RHET. Her. 1, 1, 1 (*antea*: artem sine assiduitate dicendi) hanc -em praeceptionis ad exercitationem accommodari oportere (4, 56, 69 ut ... consequamur artis -em [or- var. l.] studio et e. *al.* Cic. div. in Caec. 35 aliqua in foro, iudiciis, legibus aut -o aut e. de orat. 3, 93 verborum eligendorum et collocandorum et concludendorum facilis est vel -o vel sine -e ipsa e. *al.* QVINT. inst. 5, 10, 124 -o doctrinae. *al.*) 3, 16, 29 ut ... artificiosa *memoria* naturae commoda ... amplificet -e doctrinae (Cic. Arch. 15 [*antea*: naturam sine doctrina]. de orat. 1, 113 non -em dicendi et viam, sed n. defuisse. part. 64 quonam pacto virtus pariat, naturae an -e an usu. QVINT. inst. 11, 2, 9. *al.*) *al.* Cic. inv. 1, 60 ut res, *sc. quot partes habeat ratiocinatio*, non tam ad usum dicendi pertineat quam ad -em praeceptionis (de orat. 2, 11 prudentiam -emque dicendi. part. 64 l. 20. *al.* SCRIB. LARG. 103 potentior usus -e est. *al.*; *voces iunguntur*: CAES. Gall. 4, 1, 6 agri cultura ..., -o atque usus belli. MANIL. 4, 74 succumbunt *morbo* artes, -is vincitur usus. SEN. Ag. 507 in *tempestate* nil -o et usus audet: ars cessit malis). *al.* COLVM. 1, 1, 17 (16 usus et experientia dominantur in artibus) *nemo* compos agricolationis erit his perlectis -bus, nisi et obire eas voluerit. QVINT. inst. 2, 12, 12 *rhetoribus* sine labore, sine -e, sine disciplina disertis. *al.*

β *de potestate, copia, facultate oblata vel comparata, qua aliquid perpetrari, peti sim. potest (c. gen. gerund. praeter l. 44. 67. al.; exempla certiora):* α -o tollitur, deest *sim.* (cf. p. 204, 5. 18): Cic. S. Rosc. 3 non modo ignoscendi -o, verum etiam cognoscendi consuetudo iam de civitate sublata est. Verr. I 24 minari ... divisoribus -o non erat (*nisi ad p. 181, 59*). Pis. 4 comitorum *obeundorum* -e privavi *adulescentes statum rei p. turbatos*. fin. 1, 64 sublata cognitione ... tollitur omnis -o et vitae degendae et rerum gerendarum. off. 2, 7 non modo disputandi, sed etiam vivendi -e sublata. PLIN. nat. 9, 152 adempta -e contra eundi. 21, 12 (*ironice*) adeo mihi ... occasio aut -o deest *interficiendi*. QVINT. inst. 9, 2, 3 quid ... agit omnino eloquentia detractis amplificandi minuendique -bus? LACT. opif. 16, 15 in fidibus cum aliquid aut interruptum ... est, omnis canendi -o ... solvitur. *al.* β -o nulla *sim.* (cf. n. -e posse *sim.* p. 201, 6): Cic. Verr. II 4, 104 n. sibi iste neque infitiandi -em neque defendendi facultatem reliquit. ac. 2, 17 non esse ullam -em disputare cum iis, qui nihil probarent (*sc. cum Academicis*). fam. 4, 13, 3 natus ... ad agendum ... nunc non modo agendi -em n. habeo, sed ne cogitandi quidem. CATVLL. 64, 186 nec patet egressus *Ariadnae* ...: n. fugae -o, nulla spes. LVCR. 1, 110 *timentibus* -o n. est restandi, nulla facultas. LIV. 32, 18, 2 nec maturam expugnandi spem nec -em (stat- var. l.) ... hibernandi ullam cernebat consul. CVRT. 3, 8, 8 trahendi ... belli vix ullam esse -em (*postea*: non suffectura alimenta; *deliberat dux, ut vergat ad p. 181, 20*). SIL. 10, 595 *post cladem Cannensem* non ulla relicta est ... cunctandi -o. *al.* γ -o difficilis, facilis *sim.*: Cic. Cluent. 23 mittunt *propinqui* sibi difficilem esse investigandi -em, quod intellegent indicem ... esse corruptum (Att. 6, 4, 1 mihi d. -o administrandi, quod paucos dies habebam reliquos annui muneris. *al.* QVINT. inst. 9, 2, 8 interrogamus ..., ubi respondendi d. est -o. decl. 265, 1 cuius *commendandi pudoris* difficillima -o est in lite pecuniaria *eqs.* 313, 10. *aliter* p. 202, 17). p. red. ad Quir. 22 ulciscendae iniuriae facilius -o est quam beneficii remunerandi (QVINT. inst. 10, 3, 31 scribi optime ceris, in quibus facillima est -o delendi. *aliter* e. g. l. 15. p. 199, 64; cf. Cic. Cael. 62 *quae obiciuntur*, perfacilem -em habent reprehendendi: cur enim *eqs.*). rep. 2, 18 ut fingendi proclivis esset -o in *saeculis minus eruditis* (cf. 19 ad fingendum vix quicquam esset loci). δ *cetera exempla (addasne p. 202, 11?)*: Cic. S. Rosc. 22 *Sulla dictator rei p. constituendae* cum et pacis constituendae -em et belli gerendi potestatem solus habeat. Verr. II 5, 10 (*antea*: furandi locus) damnatis ... servis, quae praedandi potest esse -o? Cael. 50 nobis da viam -emque defensionis, *Clodia (postea*: facultatem). LACT. inst. 6, 10, 14 *primos homines* nutibus voluntatem suam significasse, deinde sermonis initia temptasse ac singulis quibusque rebus nomina imprimendo paulatim loquendi perfecisse -em (6, 10, 17 [20 qui *feri homines olim* praeter infantiam non loquerentur]. 6, 10, 27 nondum constituta l. -e [opp. sermonis ... commercio inter se copulatis *hominibus*]). opif. 5, 13 (*antea*: pascendi ... facultatem) ne -em victus capiendi ... *elephantorum* dentium prominens magnitudo ... impediret. RVFIN. Basil. hom. 1, 5 l. 287 (*antea*: discretio ... boni ac mali) adest

... homini recte agendi facultas et -o. Clement. 10, 41, 5 *scientiis* vescendi libertas ...; et philosophandi -o pendet in voluntatis arbitrio. *al.*

c *de habitu naturali rebus vel animantibus insito, quo quisque suo modo agit, patitur sim. (exempla saepe inter facultatem, ritum et causam agendi ambigua; cf. p. 198, 7):* LVCR. 2, 551 *elementa* non ... habent -em conciliandi (563 numquam in concilio ut possint ... coire). PLIN. nat. 1, 7, 14 quae *hominum* -o generandi (LACT. opif. 6, 1 sumendi cibi facultas aut coeundi g. que. AVG. gen. ad litt. 7, 22 p. 220, 26 in ipso homine ... latenter ... inest -o g., quae non operatur nisi per concubitum. *al.*) 1, 9, 37 de piscium ... natandi -e. 7, 188 spirandi -o. 19, 34 putrescendi ... -o *tuberum*. GELL. 5, 16 tit. de vi oculorum deque videndi -bus (5, 16, 1 de v. -e deque cernendi natura diversas esse opiniones [2 causas ... v.]). LACT. inst. 1, 18, 25 *deus* sentiendi ac v. [viv- var. l.] -em dedit. CHALC. comm. 245 trina ... est -o v.: lumen *oculorum, externum, rerum visibilium*). MIN. FEL. 18, 2 nascendi -o ... a deo data est (LACT. opif. 19, 4 *deus*, qui legem -emque n. tenet. cf. *locum seq.*). HIL. in Matth. 24, 11 pullis ... alia nascendi -o est, alia vivendi (ARNOB. nat. 7, 28 p. 377, 20 *si spiritus duci reddique nequit*, -em subruere atque interire v. LACT. inst. 2, 11, 6 accepta v. [vid- var. l.] sentiendique -e). ARNOB. nat. 1, 51 p. 47, 22 *potestas dei continentis* rerum omnium causas et -um facultatumque naturas. LACT. opif. 8, 16 in quibus *pupillis* ... cernendi sensus ac -o continetur. 10, 10 cerebrum, in quo sentiendi -o est (18, 2 *animam* et vivendi officium et s. habere -em. cf. l. 13. 19). AMBR. hex. 3, 9, 40 *animalia* cum sint -is expertes, -em tamen evadendi periculi vel tuendae salutis agnoscunt. *al.*

deriv.: ratiocinor, rationabilis, rationalis, rationarius, ratiuncula; cf. ?rationator.

compos.: cf. proratio.

Wick cum Bk.

[**ratiocinabiliter** falso ed. olim pro rationa- MACR. somn. 2, 11, 17.]

ratiocinālis, -e. a ratiocinari. i. q. ad ratiocinandum pertinet: RHET. Her. 2, 12, 18 (*inter partes legitima constitutio*) in causa -i primum quaeretur, ecquid in rebus ... similibus similiter scriptum aut iudicatum sit; deinde *eqs.* (-i rationali var. l., sed v. l. 56). neutr. pro subst.: GLOSS. -e: λογικόν (-ia: λογικά). Duursma-Bk.

***ratiocinatio**, -ōnis f. a ratiocinari. de notione (v. etiam passim sub *IA* et p. 205, 47. 68. 206, 43 sqq.): AVG. quant. anim. 27, 53 ut ratio sit quidam mentis aspectus *perpetuus*, -o autem rationis inquisitio, id est aspectus illius ... motio (*inde et ex p. 205, 47 pendet* ISID. diff. 1, 490 [157 C.] ratio est mentis motus ... discernere vel connectere valens, -o ... rationabilis est subtilisque disputatio atque a certis *eqs.*). CHAR. gramm. p. 454, 62 -o: διαλογισμός. GLOSS. -o: λογισμός. legitur non nisi in *prosa orat. inde a* RHET. Her. [confunditur in codd. c. ratio e. g. Cic. inv. 2, 152 QVINT. inst. 5, 11, 2; *corrumpitur formā* ratiocinatio SIDON. epist. 7, 14, 4 ENNOD. epist. 9, 30, 1 p. 252, 3 GLOSS.¹ I Ansil. RA 237 (*restit. AVELL.* 77, 14).]

i. q. actio ratiocinandi (*subiunximus meton. p. 205, 52. 206, 61; in inscr. capituli libri p. 206, 4 sq.; struct. indicantes rem, de qua fit -o, v. p. 205, 74, ceterum accedit gen. subi. vel pron. poss. e. g. p. 205, 66. 206, 68 [gen. rei pro homine ratiocinante p. 206, 26], gen. explic. p. 205, 71. 206, 25, gen. pro adi. p. 206, 10):* I vario respectu considerandi: A *doctrinae de -e rhetorica et dialectica* (cf. e. g. p. 205, 68. 70; ad rem v. e. g. Steudel-Günther, Hist. Wb. Rhet. VII 595 sqq.): 1 *de genere status controversiae (sc. legalis)*: RHET. Her. 1, 11, 19 legitima est constitutio, cum ... e scripto aliquid controversiae nascitur; ea dividitur in partes sex: ... translationem, -em (*item inter partes status legalis*: Cic. inv. 2, 116 [cf. l. 17 genus ratiocinativum]. 2, 147 QVINT. inst. 3, 6, 72. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 12 p. 193, 25 collectio sive -o. *al.*) 1, 13, 23 ex -e controversia constat, cum res sine propria lege venit in iudicium, quae tamen ab aliis legibus similitudine quadam accupatur (*sim. definitur* Cic. inv. 2, 148). *ibid.* ex quibus *legibus allatis* -o nascitur, quare potuerit ... iure testamentum facere; constitutio legitima ex -e. Cic. inv. 2, 142 ex scripto non scriptum aliquid inducere per -em. *al. in eodem opere*. QVINT. inst. 3, 6, 15 propositio ... statum facit ..., ut in coniecturalibus causis ..., et in syllogismo tota -o ab eo est, qui intendit. FORTVN. rhet. 1, 15 iuris -o. GRILL. in Cic. inv. 1, 17 l. 111 (*enumerantur -is modi*). *ibid.* l. 142 -o ... dicta est, quod reddas rationem *eqs.* 2 *de syllogismo philos. vel epichiremate, enthymemate rhet. (eius parte p. 205, 22; de singulis syllogismis v. B2b; disting. syllogismus p. 205, 14 [cf. vol. V 2, 613, 76 sqq. 662, 15. 37 sqq.], pro syn. est e. g. l. 74, ut collectio p. 205, 11 [cf. l. 56]; opp. passim inductio, e. g. l. 70, sed species est -is p. 205, 20):* Cic. inv. 1, 51 omnis ... argumentatio aut per inductionem, *sc. quae ex similibus assensionem captat*, tractanda est aut per -em. 1, 57 -o est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum et per se cognitum sua se vi et ratione confirmet (*item fere definitur*: MAR. VICTORIN. rhet. 1, 34 p. 243, 13. IVL. VICT. rhet. p. 50, 28 -o, id est syllogismus, est oratio *eqs.*; *brevius p. 205, 13 et* CASSIOD. inst. 2, 2, 12 [*inde* ISID. orig. 2, 9, 6 sq.] -o est oratio, qua id, de quo est quaestio,

[Spath]

comprobamus; enthymema igitur est *eqs.*; cf. e. g. l. 12). 1, 67 quinque ... partes sunt eius argumentationis, quae per -em tractatur: propositio ..., approbatio eius ..., assumptio ..., approbatio eius ..., complexio (*item de -e quinquepartita* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 35 p. 244, 26. *al.*; cf. IVL. VICT. rhet. p. 52, 1 aliquando est quadripartita -o. 52, 4sq. est etiam tripartita -o, id est ... syllogismus, qui constat propositione, [-e], conclusione [*de* ... v. l. 22]). *al. in eodem opere*. QVINT. inst. 5, 10, 6 quidam epichirema rationem appellarunt, Cicero melius -em (-tivism *codd.*), quamquam et ille nomen hoc duxisse magis a syllogismo videtur; nam *eqs.* 5, 14, 12 potuit ... sic constitui -o: 'animal est mundus *eqs.*'. *al.* PS. APVL. herm. 7 p. 272 -o ista, quae acceptionibus et illatione constat, collectio vel conclusio nominatur (*seq. definitio syllogismi sec. Arist. anal. pr. 24b18; sim.* MART. CAP. 4, 406). FORTVN. rhet. 2, 28 quid -o? quo quid adprobamus; hoc Graeci quid vocant? enthymema, quod differt a syllogismo *philosophorum eqs.* AVG. doctr. christ. 2, 119 sunt etiam verae conexiones -is falsas habentes sententias. MART. CAP. 4, 407 -o ... suam ... habens conclusionem dividitur in duo genera: praedicativum et condicionale. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 2 p. 139, 16 *logica* disputandi modos atque ipsas -es internoscendi vias parat, ut quae -o nunc quidem falsa, nunc autem vera sit, ... possit agnosci. top. Arist. 105a10 dialecticarum -um ... species: ... inductio, ... syllogismus (cf. 108b8 ad inductivas -es [108b10]. *gr. ubique resp. λόγος*). *al. peculiariter de parte syllogismi*: IVL. VICT. rhet. p. 52, 5 (v. *supra* l. 6). 53, 8 propositionem praeterire ... et solam -em exsequi et conclusionem superaddere. 59, 7sq. 3 *de figuris quibusdam*: RHET. Her. 4, 16, 23 -o est, per quam ipsi a nobis rationem poscimus, quare quicque dicamus *eqs.* (*de αἰτιολογία q. d. ut* QVINT. inst. 9, 3, 98, *ubi tribuitur figuris sententiarum*). QVINT. inst. 8, 4, 3 quattuor ... generibus video constare amplificationem: incremento, comparatione, -e, congerie (*de eodem genere amplificationis*: 8, 4, 15. 8, 4, 16 si ex alio colligitur aliud, ... aptum nomen est -is). SCHOL. Cic. Bob. p. 117, 30 'quid porro quaerendum? factumne sit? at constat; a quo? at patet' ... haec concatenavit inquisitione praemissa et subdita responsione; quae -o ... explicat *eqs.* (*respicitur figura q. e. subiectio*). 4 *de loco communi, quo quaeritur, cur aliquid commissum sit, faciendum sit* (opp. impulsio; cf. e. g. Martin, *Antike Rhetorik*, 1974, 117sq. 230): Cic. inv. 2, 17 causa facinoris tribuitur in inpulsionem *per affectum* et in -em. 2, 18 -o est ... considerata faciendi aliquid ... excogitatio. 2, 20 non inpulsione, verum -e aliquem commisisse quid. 2, 26. MAR. VICTORIN. rhet. 2, 5 p. 260, 41 -o ... causa est ... voluntatis: haec ratione faciendi fuisse ostendit voluntatem. *ibid.* p. 261, 1 ex -e vel boni vel mali. DON. Ter. Ad. 470, 2. *al.*

B exempla cetera: 1 *generaliter de consideratione, quae propria est:* a *artium et disciplinarum variarum* (architecturae v. p. 206, 41): VITR. 1, 1, 13 earum *artium* (grammaticae, picturae *al.*) -es cognoscere. 1, 1, 15 artes esse compositas, ex opere et eius -e (*postea syn. rationem*). CELS. 1 prooem. 29 sapientiae studiosos maximos medicos esse, si -o hoc faceret (*antea*: rationes [opp. curationes]). AVG. immortal. 1, 1 p. 102, 9 nemo sine disciplina recte ratiocinatur; est enim recta -o a certis ad incertorum indagationem nitens cogitatio. CLAUD. MAM. anim. 1, 1 p. 21, 15 ut aut ... auctoritati credulitate subdamur aut ad scientiam -e tendamus. CASSIOD. hist. 2, 11, 9 in patris et filii theologia, id est divina -e, () *addidit vertens Socrat.* 1, 8, 51). b *generis humani, quatenus ratione uti potest* (*meton. de ipsa mente maxime* l. 54. 59; *saepe -o posthabetur apud Christ. collata sapientia divina*): DON. Ter. Andr. 470, 4 duabus ... rebus scimus: aut -e aut sensu, quibus maxime praestamus ceteris animalibus (*idem opp.*: AVG. civ. 18, 41 p. 317, 10 humanis s. et humanis -bus ista quaesierunt *philosophi*. BOETH. cons. 5, 5, 5). AMBROSIAST. in I Cor. 2, 7, 1 cui *virtuti divinae* omnis intentio cedit -is humanae. AVG. civ. 21, 5 p. 497, 18 infirma mortalium -o. MACR. somn. 1, 12, 14 (*inter voces animae*) -em et intellegentiam, quod *λογιστικόν* et *θεωρητικόν* vocant. OROS. hist. 6, 1, 4 hucusque humana scrutatio ... potuit; at ubi -o deficit, fides subvenit. *al.*

2 *de singulis -bus:* a *vario usu:* α *in bonam vel neutram partem:* ① *exempla quaelibet*: VITR. 3 praef. 4 quemadmodum eligantur loci salubres -bus explicui (cf. l. 5, 1 his rationibus erit salubritatis ... explicatio). APVL. apol. 51, 9 hoc et medici confessione ... (et) mea -e recte factum esse. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 11 p. 190, 8 ratio, *sc. praemii et poenae*, ... semper de praeterito est factus; de futuro autem cum quaeritur, -o dicitur. in Phil. 2, 14 *ut obtemperemus* neque ... agamus vel cum dubitatione aliqua vel cum -e ac retractatione. DON. gramm. mai. 3, 6 p. 670, 12 parenthesis est interposita -o divisae sententiae. SERV. Aen. 3, 540 -o divinationis *explicantis omen oblatum*. AVG. anim. 1, 19, 33 p. 333, 11 aliquid *aptum* invenire vel in canonicis libris ... vel in -bus suis. civ. 12, 21 p. 548, 8 -em nostram ex utroque latere terminamus: si ...; si autem *eqs.* *al.* ② *indicatur, de qua re fiat -o* (cf. *adi. l. 51*): APVL. apol. 16, 2 *philosophis* etiam illa -o necessaria est, cur ... in cavis *speculis*

omnia videantur auctiora (c. *enunt. interrog. ut*: SCHOL. Cic. Bob. p. 102, 8. cf. p. 204, 59). AVG. nat. et grat. 54, 64 p. 280, 28 subicere ... -em ..., quia ... bonum est a bono conditum (ENNOD. epist. 9, 30, 1 p. 252, 3). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1 tit. [-o], de mundo naturalisque disputatio, et clarior expositio de his *eqs.* () *gr. φυσιολογία*). 14 tit. de somno ... -o [*gr. αἰτιολογία*]). PELAG. I defens. 6 p. 67, 32 haec de -e textus epistol(ae) Ibae ... dicta sint (*sublucetne color defensionis, probationis coll. ibid.* p. 60, 24 omni ratione iustitiae defendantur? *item cum gen. obi. e. g. l. 48. 70. p. 205, 40. 44*). FACVND. defens. 10, 6, 3 (*vertitur Basil. epist. 210, 5*) non ... opus esse [subtilitatis -e circa verba] (*gr. ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τὰ ῥήματα*).

β *cum contemptu quodam* (ironice l. 23) *respiciuntur, qui temere vel nimis acute perscrutari vel impugnare temptant veritatem dei, fidei, ecclesiae* (cf. p. 205, 53; *sed v. e. g. p. 205, 72*): NOVATIAN. trin. 30, 22 si vera est illorum *haeticorum* -o (20 humani erroris praesumptione). AVG. civ. 12, 18 tit. quid ... fides sana defendat contra -es *impiorum* (*[ibid. p. 540, 9 argumentationes]*. OROS. hist. 6, 1, 18 qui ... omnem quaerendi -em transulerit ad credendi fidem). 22, 29 p. 628, 30 istam *philosophorum* -em et vera ratio et prophetica inridet auctoritas (*idem opp.*: FVLG. RVSP. ad Monim. 3, 1, 3 *Arianorum* -o, rationi contraria. *aliter* CONC. I 3 Rustic. p. 153, 17 *Christi nativitas* ultra rationem est ... naturae ...; noli movere -es *eqs.* [*gr. I 1, 2 p. 81, 26 λογισμούς*]). in psalm. 145, 17 (*ironice in haeticum*) dic -bus illis tuis bonis et quasi acutis et subtilibus. CANON. Turner II 2 p. 177 *contendunt clerici quidam* propria -e doctrinae, tamquam sanctis sibi eas *primitias* offerri debere (*opp. veterum institutio*.) *gen. explic. ut l. 17*). FACVND. defens. 1, 6, 8 non ... humanorum argumentorum -i credere se ..., sed patrum potius auctoritati subicere (*idem opp. l. 19; aliter e. g. p. 205, 49*). *al.*, e. g. p. 207, 70.

γ *strictius et fere technice de syllogismo* (*exempla certiora; cf. supra A2*): AVG. civ. 2, 13 p. 68, 28 huiusce modi -o summam quaestionis absolvit: proponunt Graeci '...', adsumunt Romani '...', concludunt Christiani '...'. in euang. Ioh. 45, 3 *philosophi* dividentes, definientes, -es acutissimas concludentes. mag. 8, 22, 6 ista -e ..., qua me hominem non esse concluditur. nat. et grat. 54, 63 p. 280, 5 (*antea*: interrogat, ... respondet, ... concludit) tota huius *Pelagii* -o turbaretur, si *eqs.*; *ibid.* p. 280, 14 ut -em eius non necessaria inlatione conclusam ostenderemus. BOETH. cons. 3, 10, 21 nihil ... nec reapse verius nec -e firmitus concludi potest. diff. top. 2, 9, 13 p. 1193⁴ id ... directa -e monstrabit hoc modo: '...'. *al.*

δ *c. respectu metiendi, computandi* (*hic illic comprehensio simul aliis considerationibus*): A *in architectura sim.*: 1 *notione communi* (sc. de actione; de via et ratione artis generaliter l. 43. 46 [cf. p. 205, 42], in singulis operibus, sc. per abl. instr., l. 49sq. 55sq.). VITR. 1, 1, 1 *architecti scientia* nascitur e fabrica et -e; ... -o ... est, quae res fabricatas, sollertiae ac rationis pro portione, demonstrare atque explicare potest () *locus vix sanus*, v. vol. X 2, 31, 35; *ad rem* cf. l. 1, 3 demonstratio rationibus doctrinarum explicata. in *simili oppositione* p. 205, 44sq. et 1, 1, 2 qui -bus et litteris solis confisi fuerunt [opp. manibus ... exercitati]). 1, 2, 4 in *aedibus variisque operibus* e membris invenitur symmetriarum -o (*antea*: ratae partis responsus). 3, 3, 11 quod oculus fallit, -e est exaequandum (in *proportionibus columnarum*). 4, 3, 3 moduli constitutione in parte operis -bus efficiuntur omnis operis distributiones. 4, 8, 7 aedium sacrarum -es ... exposui ..., symmetrias earum ... distinxī (*sim.* 6 praef. 7 privatorum aedificiorum -es et commensus symmetriarum explicabo [cf. 5 praef. 5 aedium sacrarum rationes exposui]). 5, 3, 8 theatrorum per harmonice ad augendam vocem -es ab antiquis sunt constitutae. 5, 5, 3 hac -e vox a scaena ... profusa *eqs.* 5, 5, 8 doliis ... hac -e compositis. 6, 2, 1 cum ... constituta symmetriarum ratio fuerit et commensus -bus explicati. *al. apud eundem. in mundo condendo*: BOETH. arithm. 1, 1, 8 l. 77 *arithmetica* conditor deus primam suae habuit -is exemplar (cf. *Nicom.* 1, 4, 2 *ἐν τῇ τοῦ ... θεοῦ διανοίᾳ. postea*: fabricante ratione per numeros *eqs.*). 2 *metonymice de statu, sc. de ordine sec. proportionem ratio sim.* (*exempla certiora, cf. e. g. l. 53. 55*): VITR. 1, 3, 2 cum membrorum ... commensus iustas habeat symmetriarum -es (cf. l. 48). 4, 8, 5 *quidam* efficiunt tuscanicorum et graecorum operum communem -em. 7, 14, 3 quam habere debeant *aedificationes* opportunitatem -is. 10, 8, 1 quas habeant -es *hydraul.*

B *in arithmetica, geometria sim.*: VITR. 9 praef. 4 Platonis e multis -bus utilissimis unam, quemadmodum ab eo explicata sit, ponam: locus ... si erit quadratus *eqs.* (*respicitur Meno 82^Bsq.*). 9, 6, 2 Chaldaeorum -bus (*item in astrologia: ibid.* futura ex -bus astrorum explicare. HIER. Orig. in Ier. 3, 4 p. 314, 12 horarum momentorumque -bus credens *aliquis. ibid.* p. 314, 28). AMBROSIAST. in Col. 2, 1, 3 his ... -um disputationibus (sc. *astrologia, geometriae al.*). BOETH. mus. 3, 16 p. 297, 10 est per hanc -em demonstratum ..., quemadmodum tonus commatibus comparetur. *Spoth.*

ratiocinātivus, -a, -um. a ratiocinari (*coniungitur nimirum c. ratio l. 15. 27*). [corruptitur in *codd. formā* ratiocinativus C1C. inv. 1, 17 (*in var. l. ut* QVINT. inst. 3, 6, 62 FORTVN. rhet. 2, 2; *restit. l. 25. 29*); *falso trad. pro* ratiocinatio p. 205, 8.]

i. q. ad ratiocinandum (*ratiocinationem*) *pertinens*, συλλογιστικός (v. *imprimis* l. 14. 25), sc. *technice*: 1 in arte rhet. (cf. p. 204, 49sq.); *respicitur*: a genus quoddam status controversiae (sc. legalis): C1C. inv. 1, 17 quartum genus controversiae, quae ex scriptionis genere nascitur, -um ... nominamus (*antea explicatur*: ex eo, quod scriptum est, aliud, quod non scriptum est, inveniri; cf. 2, 116 et 148 ex ratiocinatione. huc spectat GRILL. in C1C. inv. 1, 19 l. 65 genus causae utrum ambiguum sit an -um et reliqua talia). QVINT. inst. 3, 6, 43 -us status, id est syllogismos (3, 6, 46 συλλογισμόν, quem s. accipimus -um vel collectivum. 3, 6, 61 sq. 5, 10, 6 s. syllogisticum -um appellat Cicero [supra]. 7, 8, 3 hic s. ducit ex eo, quod scriptum est, id, quod incertum est: quod quoniam ratione colligitur, -us dicitur [cf. l. 9]). 8 prooem. 10 -a ... specie. b *enthymema*: QVINT. inst. 7, 1, 60 fingamus ...: -a seu collectiva quaestio orietur (cf. 61 rursus ratiocinamur). c *causa*, qua quis ad agendum inducitur (cf. p. 205, 33): DON. Ter. Andr. 835, 2 ('ne credas iis, quibus id maxime utile est') *argumentum* a causa -a (FORTVN. rhet. 2, 2 omnis c. qualis est? aut impulsiva, ut ira, odium; aut -a, ut lucrum, hereditas; ... quid -am vocant Graeci? τεχνικήν αἰτίαν).

2 in arte gramm., sc. coniunctio -a (*subst. ubique subaudiendo; ad rem v. rationalis p. 224, 38sq.*): CHAR. gramm. p. 291, 3 (e Palaem.) -ae hae, συλλογιστικοί: 'quare' eqs. (DOSITH. gramm. 51, 5 σ. ratio(c)i) nativae: ... 'quatenus' eqs.). p. 291, 6 (ex eodem) dictae ... sunt -ae, quod quamque rem propositam ratione confirmant in hunc modum: 'lucet, igitur dies est' (*inde* DIOM. gramm. I 416, 15). DOSITH. gramm. 51, 2 (*inter species VI*; ratiocinatae trad. ut l. 25 et PS. ASPER gramm. V 553, 21). DIOM. gramm. I 416, 9 v. p. 224, 46.

ratiocinātor, -ōris m. a ratiocinari. NOT. Tir. 42, 22 -r (v. p. 228, 63). GLOSS. -r: λογοθέτης. ψηφιστής ὁ τοῦ ἀριθμοῦ. λογιστικός. qui rationem subtiliter quaerit. [de confusione cum ratorator v. p. 228, 63.]

i. qui ratiocinatur: 1 computando, numerando: a in re pecuniaria de eo, qui rationes conficit sim. (*respicitur munus publicum l. 45. 48*): C1C. Att. 1, 12, 2 Hilarum libertum ..., -em et clientem tuum (*postea*: custodem ... quaestūs). COLVM. 3, 3, 7 Graecinus ut diligens (-ter var. l.) -r calculo posito videt vinearum cultum ... maxime rei familiari conducere. VLP. dig. 14, 4, 5, 16 tabernae ... -r. INSCR. Tripol. 657 (*saec. III*) (Ph)il(ō)ppus lib(ri)us notarius (r)atiocinator n(ō)m(er)arius. CONC. Carth. a. 345/348 p. 7 l. 141 ut laici clericos actores vel -es sibi non constituent (*ibid.* l. 147 apothecarios vel -es [sim. FERRAND. canon. 133]. cf. p. 208, 30). QVEROL. p. 18, 20 (17 illi, qui chartas agunt; cf. e. g. vol. III 999, 37sq.) -r eruditus, possessor rudis. COD. Iust. 6, 37, 23 pr. (*in constituendis legatorum portionibus*) computationes multae ... et multis -bus dignae. IULIAN. epit. novell. 124, 17 oportet ... civilium pecuniarum logothetas sive -em (-es var. l.) a solo principe destinari (cf. Novell. Iust. 128, 18 rationes nulli committi ..., nisi eqs.). in imag. vel compar.: C1C. off. 1, 59 ut boni -es officiorum esse possimus et addendo deducendoque videre, quae reliqui summa fiat (PANEG. 4, 13, 3 benigni -es o.). EVSEB. GALLIC. hom. 51, 9 l. 148 sacerdos defunctus quasi bonus -r velut ad centuplum praemium manum porrigens (*respic. Math. 19, 29*).

b *generaliter*: MAECIAN. distrib. 39 dimidium scriptulum audio quosdam -es simplium vocare (LIB. de asse 1). LIB. de asse 12 his septem divisionibus numerarii -es magis utuntur (cf. VIRG. gramm. epist. 3, 19, 2 -es numerorum). PS. ASPER gramm. V 547, 13 ut etiam -um usu receptum est, litterae latino sermoni accommodatae sunt XXI (*ad rem cf. vol. VII 2, 1530, 6*).

2 vario modo cogitandi: a in bonam vel neutram partem: AVG. vera relig. 203 quo ... pervenit omnis bonus -r nisi ad veritatem? cum ..., quod ratiocinantes appetunt, ipsa sit veritas. 207 (205 omnis, qui se dubitantem intellegit, verum intellegit eqs.) numquid ista ... corrumpi possunt, etiamsi omnis -r intreat ...? non enim ratiocinatio talia facit, sed invenit. b in malam partem vel ironice de eo, qui ratione humana tantum nititur spernens divinam: AVG. civ. 21, 5 p. 496, 29 (*antea*: non ... admittit, inquit infideles, ulla ratio, ut eqs.) -es videlicet magni, qui de omnibus rebus ... possint reddere rationem. 22, 11 p. 584, 22 -es isti ... de ponderibus elementorum argumentantur (sc. Platonici negantes terrenum corpus esse posse in caelo). serm. 294, 7 adversus sagittas ratiocinationum tuarum muratus assisto; sed tu, bellator, hoc est fortis -r, ... responde eqs. trin. 1, 2, 4 istis garrulis -bus, elatioribus quam capacioribus (cf. l. 1, 1 perverso rationis amore falluntur). GREG. NAZ. serm. 45, 26 calumniatores, amari deitatis -es (Migne gr. 36, 657^c λογισταί).

f. **ratiocinātrix**, (-t̄cis). i. quae ratiocinatur (*fere pro part. ra-*

tiocinans): CONC.^s II 5 p. 153, 14 (*in explicanda trinitate comparatur homo ad imaginem dei factus*) est ... hominis intellectus intellegens et 'ratio' -x et spiritus palam faciens, et contemplatur [et] unum substantiā, tria proprietatibus (Cotelier; mens cod. unus, om. cett.).

deriv.: cf. ?ratorator.

***ratiocinium**, -ī n. a ratiocinari. NOT. Tir. 42, 20 -um.

GLOSS. -um: λόγος. λογισμός ἐπὶ λογοθεσίον. λογοθέσιον. v. etiam l. 56. legitur apud COLVM. et inde a saec. IV (*maxime in sermone iuris*), nusquam in versu. [sic. raticiliu. cf. Faré, Postille 7086a. Schd.-Cr.]

i. q. actio vel effectus ratiocinandi: 1 in universum; pertinet ad: a computandum: COLVM. 5, 1, 8 de mensuris arearum haec non aliena ... a -o, quod tradituri sumus, ... praefari oportuit. 5, 1, 13 in agrorum formis quadratis est expeditissimum ... -um. 5, 2, 6 aliter -um ordinabitur in triangulis disparium laterum. 5, 3, 1 -i praeceptis. b argumentandum, considerandum (vix huc l. 32): EPIST. Arel. 8 p. 14, 9 quidquid tractatum fuerit in concilio et discussis -is constitutum.

2 vi strictiore pertinet ad actionem rationis reddendae (*in re pecuniaria exceptis aβ et l. 68*). praemonenda: praeter actionem significatur etiam effectus, sc. nomina et summa in chartas relata e. g. l. 33. p. 209, 4sq., vel per meton. ipsa tabula totumque instrumentum p. 209, 1. 18sq.; iuxta ponuntur charta p. 209, 1. 29, discussio p. 209, 11 (cf. -um discussionis p. 209, 10), supputatio l. 34; de qua re fiat -um, indicatur per gen. saepe, e. g. l. 56. 60. 62. p. 209, 4sq., praepos. super l. 40. p. 209, 11, adi. l. 37. 54; longe praevalet formae plur., sing. v. e. g. l. 29. p. 209, 11, usu colectivo l. 53. p. 209, 16. al.

a in vita privata vel religiosa redditur ratio: a de pecunia accepta et expensa: COD. Iust. 11, 68, 2 (imp. Constantini) qui coloni sunt ... ad -a gerenda ... idonei. CIL VIII 22660 (sim. tit. geminus 22661; saec. IV¹) memoriae faciendae sumptus (d)iscussimus rati(oci)nio. CONC. Carth. a. 345/348 p. 7 l. 135 post deposita universa negotia aliena et reddita -a (*inde* FERRAND. canon. 119). ZENO 1, 35, 8 servum fraudulentum, coloratis -is sua furta excusantem (vix recte ad l. b trahunt alii et vol. III 1724, 32). SCHOL. Iuv. 6, 483 -um diurnum ... in transversa c(h)arta scriptum. HIER. in Agg. 2, 11 l. 332 ne noctes in -is et supputatione consumant sacerdotes. NOVELL. Theod. 11, 3 (= COD. Iust. 8, 14, 6; sim. LEX Burg. Rom. 36, 4) tutelae -is bona ... tenebuntur obnoxia (2 ex ratione tutelae gestae. cf. COD. Iust. 1, 3, 31, 1 ut orphanotrophii -is tutelaribus ... obnoxii non sint). EPIST. pontif. 738 Thiel frg. 28, 2 p. 499 donec -a cuncta deduceret conductor (*antea*: rationibus ecclesiae ... implicatum). COD. Iust. 6, 61, 6, 2 -a ... super administratione inferre. 7, 7, 1, 4 -is ... factis et debitis, quae ex his apparuerint, redditus. EPIST. pontif. 957 Gassó-Batlle 88 (syntaxi turbata) didicimus nullius indictionis ... usque hactenus -a sunt decisa et ea sint necessario dispungenda, ut eqs. GREG. M. epist. 2, 19 l. 45 ut Malchus rector patrimonii ecclesiastici (v. 3, 22 l. 30) actionum suarum expositis -is (rationibus var. l.) ... cum securitate discedat. al., e. g. p. 209, 15. adhibetur fere pro ipsa cura, administratione, sc. de qua ratio reddenda est: REGVLA mag. 83, 9 ne sacerdotes de -is vel dominatione monasterii utpote laicos abbates excludant.

β de variis hominum actionibus, moribus, consiliis sim. (per imag. rei pecuniariae maxime l. 52sq.): ① apud deum iudicem: AMBR. Tob. 20, 79 'verbum ... consummans ... faciet dominus ...' (Rom. 9, 28), hoc est ex multis -is abbreviata tibi summa conveniat. ibid. ex multo illo -o peccatorum consummavit dominus. REGVLA mag. 2, 39 (*antea*: abbas timens ... futuram discussionem) cum de alienis, i. fratribus, -is cavet, redditur de suis sollicitus (item BENED. reg. 2, 39, unde GLOSS. Leid. Hessels 2, 147 -is: unde ratio conprobetur). 7, 36 de futuris -is animae neglegendo ... se reddunt securos (7, 53. 11, 14 de animarum ... susceptarum custodiendis -is). 16, 29 sciat se ... divinis ... -is discuti. ② apud alios: HIER. reg. Pachom. praef. 6 p. 8, 5 fratres per singulas ebdomadas -a operum suorum ad patrem monasterii referant (cf. 27 p. 20, 3sq. numerabunt ... funiculos ... et eorum summam describent eqs.). CONC. Carth. a. 411, 3, 174 l. 32 petentibus propriae persuasionis -a persolvere (cf. l. 18 rationis redditione).

b in vita publica respicitur actio numerarii aliorumque, qui rationem reddunt imprimis de tributis et speciebus inferendis officio comitis rerum privatarum vel sacrarum largitionum (quorum arcae distinguuntur p. 209, 26sq., sed v. e. g. p. 209, 12; res illustratur p. 209, 2; respiciuntur alia, de quibus ratio redditur, p. 209, 14. 17. 22; iuncturam -um publicum v. p. 209, 15sq. 20sq., cf. -um arcae p. 209, 26): a vario usu: in constitutione imp. Constantini: COD. Theod. 9, 42, 1, 3 qui fiscalibus actibus nexi sunt et pro -is ... condemnantur. ibid. 4 nisi probata a me purgataque -a fuerint Caesarianorum. in ceteris legibus variisque scriptis inde a saec. IV²: COD. Theod. 1, 15, 6 si ex tabulariis quispiam -o sive fraude perhibetur obnoxius (aliter, sc. cum respectu muneris: 1, 32, 3 pr. qui nactus fuerit administrationem -is obnoxiam). 1, 32, 3 pr. offi-

cialis abiens a munere chartas et -a cuncta restituat; plane conscriptum ... tradat, quid susceperit, quid erogaverit, quid in thesauris conditum mane- at. 7, 4, 16 quas *species* ... numero, cuius -a pertractant, supersederint erogare *actuarii* (cf. -a tractare: 8, 2, 5). 14, 23, 1 *ne* veteris erogationis -um novis commeatibus inseratur *a patronis horreorum* (cf. *ibid.* prioris anni -o ante deducto). EPIST. imp. inc. (Année Épig. 1984 n. 250; *saec. IV*²) 14 unumquemque *possessorum* super ratiocin(i)s ... consulant *rectores provin- ciae*. AMM. 17, 3, 1 *possessorum damnis consulens* tributis -a dispensavit *Julianus*. 25, 10, 7 ex actuario -is scrutandis ..., qui ... ad militaria signa confugit. NOVELL. Theod. 22, 1, 2 *nemo ex voluntaria largitate* discussionis -is obligetur (cf. COD. Iust. 8, 12, 1, 1 super facto opere -um vel discus- sionem ... sustinere). Valent. 7, 3, 2 ut tabularios largitionum titulorum ... cum -is instructionibusque transmittant. CHART. lat. ant. XXIX 870, 6 (*Ravennae; saec. VI*¹) ratioc(i)nia legaturae provinci(a)e. COD. Iust. 3, 21 rubr. ubi agi oportet de -is tam privatis quam publicis. CASSIOD. var. 12, 2, 6 ut detera caligine publici -i possit claritas apparere (*loco gemino 12, 16, 4* rationibus publicis). Ios. antiq. 17, 228 p. 500 -a thesaurorum Herodis (gr. *λογισμοῦς*). al. **β** per plur. -a *comprehenditur totum instru- mentum tabularii (exempla certiora)*: COD. Theod. 5, 15, 20 ut intra Ianuariarum iduum diem omnis summa -is publicis inferatur. 11, 26, 2 quando insertae securitates -is publicis continentur (INTERPR. -is p. vel in polyptici exactorum). AMM. 18, 5, 1 *Antoninus* (v. p. 228, 58) circa -a versabatur, qui ..., milites ubi agant vel ... quo sint venturi, describens itidem, armorum et commeatuum copiae ... an abunde suppetant, ... per- contans. **γ** *de ipso munere officialis*: COD. Theod. 8, 1, 12 ad unum *tabularium* fiscalis arcae -um, ad alterum largitionales pertinere tituli (*sim. distinguuntur*: 12, 6, 30 qui aurum largitionale susceperunt, nihil cum a. -is habere commune). 8, 4, 7 *officiales rationalis* si ... obnoxii -is ... non sint (8, 7, 11 qui chartis ac -is publicis invenitur o. cf. p. 208, 75). 8, 7, 11 ad necessitatem praestandi -i (Iust. 3, 21, 2 praestandi -i gratia eius numeri, in quo militavit). NOVELL. Iust. 128, 17 nulli ... talia -a com- mitti (Igr. *λογοθέσια*). 128, 18 [*antea*: rationes ... c., gr. *utrobique λογισ- μοῦς*]. al.

***ratiocinor**, -ātus sum, -ārī. [fort. ab adi. *ratiō(ni)-cino-, quod compositum est a ratio et suffixo *kono- a radice *ken₂- 'laborare' deri- vando (cf. gr. *κονέω* 'laboro', lat. *cōnor*), non a *kano- 'canere'; v. Rix et al., *Lex. der indogerm. Verben*, 2001, 352. Mei.] scribitur ratio- GLOSS. II 362, 16 (cod. Harl. saec. VII). *verbum depon. testantur* CHAR. gramm. p. 479, 33. DOSITH. gramm. 71, 14 *διαλογίζομαι* -or. al.; vi pass. *adhiberi* vid. VITR. 10, 10, 1 p. 210, 69 (*addere possis sec. varias coni. dubias* 5, 6, 1 et 10, 6, 1). AVELL. 83, 161 p. 210, 17; cf. -andum est VITR. 1, 6, 5 AVG. doct. christ. 4, 15. *de notione* v. p. 210, 51. *legitur semel in versu apud* PLAVT., *ceterum in prosa orat. inde a RHET.* Her., CIC., VARRONE, VITR., PETRON.; *frequentatur* ab AVG. (*ferre* 70^{tes}). [confunditur in codd. c. voce *medii aevi* q. e. *rationari* (*inde a Form. Marculfi* 2, 31) SOL. 22, 6 AVG. serm. 257, 2 EVCHER. form. 4 I. 536 BOETH. elench. soph. 165a10 top. Arist. 138a34 sq. al.]

i. q. ratione adhibita considerare, reputare sim. (vel etiam scribendo exponere l. 68; *technice maxime* p. 210, 21 sqq. 28 sqq. et sub 2; *unde quid deducatur, indicatur per praepos.* ex l. 57. p. 210, 67 [cf. enunt. l. 63. p. 210, 32]; *ceterum notandum* -ari in p. 210, 25, apud se p. 210, 8 [cf. ANIAN. Chrysost. hom. 8, 2 p. 1053^{med.} *ne tecum -eris*], -ari rationem p. 210, 8 [cf. rationibus l. 63]; *part. praes. masc. pro subst. e. g. p. 210, 26 sq.:* **1** *vario modo cogitandi*: **a** *indicatur, quid vel qua de re cogitur*: **a** *struct. verbalibus*: *enunt. interrog.* (cf. l. 68): PLAVT. Stich. 75 principi- um ego quo pacto cum illis filiis occipiam, id -or: utrum eqs. RHET. Her. 2, 23, 35 (*exemplum vitiosae rationis* Plaut. Trin. 25 nam ego eqs.) non ex eo, quod fieri convenit, utile quid sit, -atur. 4, 11, 16 *socii* -ti essent etiam atque etiam, quid possent facere. CIC. inv. 2, 61 *in constituenda causa* -ari, quid in similibus rebus fieri soleat. QVINT. inst. 7, 1, 61 (60 ratiocinativa ... quaestio) -amur, an eqs. (cf. p. 204, 54 sqq.). *acc. c. inf.*: CIC. Verr. I 20 sic -bantur, sic ... loquebantur, aperte iam ... nulla esse iudicia. VITR. 2, 1, 6, 8, 3, 19 cum *id* ... videamus, -emur isdem rationibus eqs.

β *praepos.*: *de* (cf. p. 210, 10, 71): CIC. inv. 2, 115 de pecunia -ari sordidum esse, cum de gratia referenda deliberetur. VARRO rust. 3, 9, 1 de gallinis dic sodes ...; tum de reliquis siquid idoneum fuerit -ari licebit. VITR. 2, 1, 9 de copiis *materiae* ..., quemadmodum videantur esse *creatae* ..., ne obscura ... legentibus sint, -bor (*item scribendo*: 9, 8, 15 *horolo- giorum rationes* perscripsi; restat nunc de machinationibus ... -ari. cf. p. 210, 3, 11). MAR. MERC. Conc.^s I 5 p. 37, 9 de deo. al. *super*: AMM. 25, 10, 2 s. quorum *siderum* natura -antes physici variant.

γ *adv. fere pro obi. posito* (cf. l. 62. p. 210, 19): CIC. Mil. 32 cuius *Clodi* ... conatus, ut ipse -batur, ... *consules* non cupenter reprimere. nat. deor. 3, 66 (*afferuntur antea Enn. scaen. 266 sqq.*) parumne -ari videtur *Medea* ...? illud vero quam callida ratione: '...'. AVG. c. Gaud. 2, 11, 12

p. 269, 5 quando ita -rer, quando aliud ex alio sic probarem? **δ** *obi. acc., quo indicatur*: *de quo cogitur* (cf. l. 55. 57. 74. p. 209, 56): VITR. 5, 12, 7 *de locis publicis* scripsi; privatorum autem aedificiorum utilitates ... *nunc* -bor. APVL. met. 1, 24, 1 mores atque parsimoniam -ans *Milonis dixi eqs.* TERT. anim. 37, 3 qui numeros -antur, *denarium nume- rum perfectum putant*. MAR. VICTORIN. in Eph. 3, 1 I. 59 quae futura sunt, -ando invenit *scientia*. AVG. in psalm. 105, 36 I. 18 haec *verba novi testa- menti*. serm. 257, 2 (*in malam partem*) tanquam -ari apud se rationem inaniter ... et dicere sibi '...'. *quid cogitando fiat, fingatur* (cf. l. 69): BOETH. cons. 5, 3, 14 similia de providentia. MVTIAN. Chrysost. hom. 6, 3 p. 281^{med.} quomodo totum istum sermonem -tus est *Paulus* (gr. p. 58^{extr.} *συνελογίσατο*). **ε** *orat. recta*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 3, 3 I. 44 *Christus* cupit, cum dicit '...'; ibi etiam -atur: 'sed fiat potius voluntas tua' (*Matth. 26, 39*). ANIAN. Chrysost. hom. 16, 4 p. 75, 14 *multi* erant ... , adversus euangelium -turi, atque dicturi: '...' (I. Migne gr. 57, 243 *συν- λογίζεσθαι τοὺς νόμους*). *item sequitur* dicere: AVG. doct. christ. 4, 108 -atur et dicit. AVELL. 83, 161 dicitur, quia ..., et quasi -atur dicendo '...' et adiungitur eqs. al., cf. l. 9; *antecedit*: QVODV. symb. 1, 9, 7 dicis ... tibi et perverse -aris: '...').

b absolute: **a** *in bonam vel neutram partem*: CIC. inv. 2, 94 exemplis, signis, -ando ... quaeri oportebit (*in constituenda causa; item in arte rhet. p. 209, 58. 59 sq.*). GELL. 2, 8, 5 si, ut in disciplinis traditur, ita colligere et -ari velis (*respicitur syllogismus ut*: TERT. adv. Hermog. 36, 3 [*corrupte trad.*]). AVG. civ. 2, 7 p. 60, 23 in ... -andi regulis. BOETH. top. Arist. 145b18 in utraque -antibus nobis [gr. *ἐπ' ἀμφοτέρω λογίζομένοις*]. al.). AMM. 21, 1, 12 somniorum ... rata fides ... foret, ni -antes coniectura fallerentur. SERV. Aen. 4, 291 'quando' non est temporis, sed significat 'siquidem' et est coniunctio -antis (*item in gramm. respicitur vis coniu- ctionis* [cf. p. 207, 23]): AVG. gramm. 7, 1 *potestas coniunctionis* aut quasi causam reddit, ut 'nam, ...', aut quasi -atur, ut 'ergo, igitur, propterea' et similia). SCHOL. Cic. Bob. p. 164, 17 copiosius -ante M. Tullio. AVG. civ. 16, 9 p. 138, 8 *quidam antipodas* esse quasi -ando coniectant, eo quod eqs. (*opp. historica cognitione*). al. *respicitur facultas eius, qui ratione praeditus est*: AVG. anim. 4, 22, 36 p. 414, 4 illud ... vocari spiritum ..., quo -amur et intellegimus (*idem iuxta ponitur*: serm. 8, 8 I. 191 -ari, i. ho- minum est. al.). conf. 7, 17, 23 ad -antem potentiam, ad quam refertur iudicandum. gen. ad litt. imperf. p. 499, 19 sive ... sentientibus sive ... -antibus nobis (*idem opp.*: vera relig. 145 vitae -antis [146 rationalis vita]). BOETH. cons. 5, 5, 7). RVSTIC. Conc.^s I 4 p. 11, 29 -andi animum perdi- derunt (*Migne gr. 78, 905^c τὸν λογισμὸν*). al., e. g. p. 223, 39. **β** *in malam partem* respiciuntur, qui *nimum rationi confidunt, inutiliter sciscitantur sim. (fere contra veritatem divinam; cf. l. 8. 15)*: AVG. serm. 27, 7 I. 165 quaeris tu rationem *iustitiae divinae*, ego expavesco altitudinem ...; tu -are, ego mirer. 294, 7 non ... quia tu -aris, sed quia dominus dicit (*postea*: sicut homo non invenisti rationem, fugis ad auctoritatem). IA- NVAR. epist. p. 252, 167 auctoritati sanctae scripturae, non -ando et dis- putando, sed credendo ... humiliter credant. LEO M. epist. 102, 2 Conc.^s II 4 p. 53, 32 nullam artem -andi, nullum eloquium disserendi contra fundatam divinitus fidem inspirare. al.

2 computando, numerando, metiendo: **a** *in re pecuniaria* (*addasne l. 63? aliter* p. 209, 64; cf. GLOSS. II 362, 16 *λογοθεῶ*: -or): CIC. rep. 5, 4 bono patri familias colendi, aedificandi, -andi quidam usus opus est. Phil. 2, 55 (*in imag.*) omnia mala ..., si recte -bimur, uni accepta referemus Antonio. VITR. 10 praef. 2 architecti ... diligentius modum impensarum -antes. PETRON. 29, 4 *in aditu pictum erat*, quemadmodum -ari didicisset *Trimalchio*, denique dispensator factus esset. LEX Visig. suppl. p. 467, 33 non pro espontis (*i. sp-*) arbitrio, sed iusta -antis examine normam sumptuum *litium aestimare. in versione negligentiore* (*nisi agnoscas vim q. e. rationem reposcere*): CASSIOD. Ios. antiq. 17, 223 p. 500 *Sabinus procurator* evocans ... omnes oppidorum praefectos et quot- quot rerum dispensatores fuerant, -ari coepit (gr. *λόγους ... ἀπαυτεῖν*).

b in variis artibus: CIC. Tusc. 1, 5 *apud Graecos* nihil mathematicis industrius: at nos metiendi -andique utilitate huius artis terminavimus modum (*nisi ad a*). VITR. 1, 6, 5 (*in urbe condenda*) ut inveniantur regio- nes et ortus *ventorum*, sic erit -andum: conlocetur ad libellam marmoreum *amused eqs.* 5, 6, 1 (*in astrologia, contextu corrupto*). 9 praef. 12 *Archimedes* ex eo, quod ..., -tus deprehendit (*ed. pr., re- codd.*) ... *mixonem metallorum*. 10, 10, 1 omnes proportionis eorum organorum *bellicorum* [-antur e] proposita sagittae *emittendae* longitudine (I. -torum [vel -ta] et *trad.*). GELL. 1, 1 tit. quali proportionem quibusque collectionibus Plutar- chus -tum esse Pythagoram ... dixerit *de eqs.* (cf. 1, 1, 1 scite subtiliterque -tum esse). SOL. 22, 6 *hoc* qui fidem [ac] verum -ti sunt, aestimarunt (I. *temptaverim, ad codd.*). HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 10 p. 333, 26 Chal- daei nativitates hominum -antur. BOETH. elench. soph. 165a10 in com- potis -antibus nobis (gr. *ἐπὶ τῶν ψήφων τοῖς λογιζομένοις*).

deriv.: ratiocinalis, ratiocinatio, ratiocinativus, ratiocinator (-trix), ratiocinium.

***rationabilis**, -e. a ratio (*iuxta* rationalis, quae vox prior in usu erat). NOT. Tir. 42, 24 -is. 42, 24^a -is generis. compar. -ior e. g. p. 214, 15. 65. 215, 23, cf. magis -is p. 214, 70. 215, 8. 216, 9. al., magis -ius p. 214, 19; superl. deest. de notione (differentiam c. rationalis v. p. 221, 32sq.). GLOSS. -is: εὐλογος. λελογισμένος. λογισμὸν ἔχων. -e: iustum, aequum, probabile. sim. al.; v. etiam explicationes p. 212, 9. 64. 213, 56. 214, 29. 215, 57 (cf. p. 215, 72). legitur semel apud COLVM. (v. 1.24), saepe inde a saec. II med., sc. POMPON. dig., MARCELL. dig., APVL.; ceterum v. quae p. 221, 41sq. monuimus. [confunditur saepissime c. rationalis, q. v.]

I notione originaria i. q. ad rationem (ratiocinationem) pertinet (*iuxta* locut. c. ratio formatas p. 212, 75. 213, 64. 215, 37. 47. al.; opp. irrationabilis saepe, v. l. 33. 36. p. 212, 3sq. 213, 63. al., ceterum e. g. naturalis p. 212, 35. 43. 216, 13 [cf. p. 213, 11; pro syn. est p. 214, 45], physicus p. 215, 73sq., stolidus l. 56; fere pro syn. sunt intellectualis vel intellegibilis p. 212, 36sq. [cf. p. 212, 75. 216, 19], iustus p. 213, 12. 215, 1. 2. al., prudens p. 212, 6. 14 [cf. p. 213, 35], sim. al.; neutr. vel masc. pro subst. l. 52. 67. p. 212, 56. 213, 56. 75. 214, 21 [cf. p. 217, 3. 36], fem. p. 213, 30; significatur: **A** qui (quod) ratione nititur, ratiocinatione utitur: **1** pertinet ad homines (passim ab animalibus distinctos): **a** de ipsis hominibus eorumque multitudine: **α** vi sollemni: COLVM. 9, 9, 1 cum -i, generi mortalium, tum magis egentibus consilii mutis animalibus nulla sit regni societas (i trad., expectesne -ali?). IREN. 4, 4, 3 homo ... -is et secundum hoc similis deo (ibid. -is factus h. peccando amisit veram rationem. FILASTR. 100, 1 h. -is intellectum habet animi de deo. RVFIN. Orig. in exod. 3, 1 p. 162, 2 mutis animalibus, quamvis sit ... indoctus, -is h. si comparetur, videbitur eloquens. BOETH. in Porph. comm. sec. 5, 15 p. 330, 7 aequae ... h. -es [-ales var. l.] sunt, aequae risibiles [cf. p. 222, 35]. et saepe). 5, 1, 3 adspiratio dei animavit hominem et animal -e ostendit [-ale var. l.]. CHALC. comm. 28 [conferuntur homo et equus] alterum ... -e a. est, alterum irrationabile et mutum. HIER. in Hab. 3, 17 l. 1251 homines, id est -ia ... a. PS. BASIL. ad fil. 5 l. 171 -e ... a. creavit te deus, ut possis discernere inter bonum et malum. al.). LACT. epit. 20, 15 gentiles colunt insensibilia sentientes, irrationabilia -es, ex anima viventes (i inst. 2, 2, 17 qui sapiunt. sim. CASSIOD. or. fig. p. 468, 5 cum maiores simulacris sensu carentibus -es subplicant). CHALC. comm. 130 est absurdum homines quidem tam inconstantes ... -es animantes putari, stellas vero ... sine anima fore ... putare (230 est deliberativa ... virtus propria -is a. 232). MAR. VICTORIN. Porph. isag. p. 11, 19 illa quae -ia sunt, nos scilicet, et illa quae irrationabilia sunt (v. Hadot, Mar. Victorin., Recherches, 1971, 374 n. 34). FILASTR. 154, 2 dei imagines -es (i. homines). PELAG. in Col. 1, 23 p. 455, 20 'in universa creatura ...', -i scilicet: notandum sane, quo modo omnem creaturam solos homines nominavit (AVG. c. Julian. op. imperf. 1, 138, 1 non deterret deus -em c. a sui consideratione iudicii. al.). PS. AVG. serm. 164, 2 (sec. Ioh. 12, 24 granum frumenti cadens in terram) spiritalibus -is terrae incrementis (OP. imperf. in Matth. 20 p. 744^{extr.} apostoli verba dei effundunt super -em t. sicut nubes. nisi locus ad IIA1 trahas). CASSIOD. in psalm. praef. 2 l. 9 psallentium pars -is pertinebat ad humanam vocem, irrationabilis ad instrumenta musica. al. masc. vel neutr. pro subst. (cf. l. 67. p. 212, 5): FILASTR. 154, 2 in corvis Heliam alentibus (III reg. 17, 6) est ratio quaedam, lenitatis motu quodam a deo concessa vel rationabili(bu)s (si recte emendavimus). RVFIN. Orig. in gen. 1, 17 p. 20, 25 nobis -bus et bestiis terrae. MART. CAP. 4, 346 in -ia et stolidia dividere. OROS. hist. 1 prol. 4 canes habent appetitus, quantum brutis excellentiores, tantum -bus propinquantes.

β cum acumine de eo, qui ratione bene utitur, sc. de sapiente, prudente, qui sequitur: **①** sapientiam divinam, praecepta dei (quaedam ad IIA1 trahere possis, e. g. l. 65. 72): OPTAT. 2, 1, 4 cum inde ecclesia dicta sit catholica, quod sit -is et ubique diffusa (respicitur definitio 1, 11, 1 catholicam facit simplex et verus intellectus eqs.; v. Casaubonus ad l. Migne 11, 943. item de ecclesia: AMBR. in psalm. 118 serm. 22, 37, 2 -is haec civitas est [postea: eloquiis caelestibus ... hostiles impetus repulsare]. CASIAN. inst. praef. 2 verum ac -e deo templum ... sanctorum virorum congregatione ... aedificare. al.; cf. l. 72). GAVDENT. serm. 1, 5 ut diem sabbati, quem septimum -ium corda servabant, ille paganus Saturni diem statueret appellandum. AMBR. in psalm. 118 serm. 9, 15, 3 fructus eius dei homines sunt, hoc est -es (-ales var. l.), sancti, si domini praecepta custodiunt (PS. ORIG. tract. 1, 19 h. ille -is, incorporeus eqs. [antea: qui opera spiritus desiderat]. VITA Caes. Arel. 1, 32 -is h. sanguine Christi redemptus. al.). 20, 33 (sec. Ioh. 10, 11) Christus pro -i grege se ipsum passioni corporis non negavit (RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 9, 3 [Migne gr. 35, 733^A λογικόν]. AVELL. 159, 1 laceratores -is g. Christi). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 29, 2 qui -es sunt in fide et perspicaces in scripturis (opp. qui sola simplicitate

proficiunt). TRACT. Pelag. 4, 20, 1 p. 106 ut -es et absque aliqua peccati macula degerent. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 235 quosdam ... -ium sacerdotum lepra profusos (gr. λογίων, cf. p. 223, 74). al. opp. irrationabilis (cf. p. 222, 68): AMBR. Abr. 2, 2, 7 irrationabilium in corporis habitudine omnis virtus est, -ium autem in virtutibus animae (antea: prudentes ... et continent). in Luc. 7, 139 per adventum Christi homo, qui erat i., -is factus est (postea: facti sumus filii spiritales). in psalm. 35, 19, 1 (ad 35, 7 homines et iumenta) -es utique et i. (eadem iunctura explicatur e. g. HIER. in Agg. 1, 11 l. 495 -es ... et i., id est doctos et indoctos. cf. p. 222, 64sq.). al. **②** sapientiam saecularem, prudentiam communem: PASS. Thom. 35 ut homo -is dicat ...: si vera non esset praedictio eorum, non eos comitarentur ista signa virtutum. RVFIN. Clement. 1, 17, 7 si ... -es sint auditores ..., qui discernere valeant vim ... verborum. hist. 9, 6, 3 cur ... vir -is et prudens sequeris sectam, cuius reddere non potes rationem? VITA Fulg. Rusp. p. 13 qui amicis obsequium benevolus redderet, inimicos -is repelleret eqs. (-biliter var. l.).

b de animae partibus, virtutibus sim.: APVL. Plat. 1, 13 p. 207 cum tres partes animae ducat esse, -em, id est mentis optimum portionem, hanc ait capitis arcem tenere ([disting. irascentiam ..., cupidinem atque appetitus. sim. de anima tripertita: 1, 18 p. 216]. 2, 15 p. 241 cum propter pessimum pastum eius partis animae, quae ex cupiditatibus constat, non solum -is, et irascentiae loca possidentur eqs. [i sc. partis, nisi neutr. pro subst.; -bil(ita)tis Koziol]. CHALC. comm. 137 -em p. animae. AMBR. Abr. 2, 1, 2 sensus cognati sunt p. -is, hoc est mentis. al.). 2, 2 p. 221 bonum primum, ... cuius pulchritudinem -es appetunt mentes natura duce instinctae (AMBR. epist. extra coll. 14, 24 ut -i m. inscribamus irrationabiles ritus ferarum. RVFIN. Orig. in lev. 9, 6 p. 429, 14. al.). 2, 4 p. 225 cum optima et -is portio animi et quae etiam imperitare ceteris debet, servit aliis (AMBR. epist. 1, 2, 5 ut verbum animet irrationabiles p. et faciat -es. al.). 2, 9 p. 234 virtutes ..., quae ad -em animum pertinent, id est sapientiam et prudentiam. ibid. illas virtutes, quae vitiosis partibus ... resistunt, id est fortitudinem et continentiam, -es ... esse (AMBR. epist. 1, 5, 5 Christus intra nos separans -es v. a cadaveribus passionum letalium. VINDIC. med. 19 anima in cordis altitudine habens -em v.). CHALC. comm. 54 naturalis et -is item animae contubernio vita hominum temperatur (PELAG. in Rom. 7, 22 p. 59, 17 'interior homo' est -is et intellegibilis a. RVFIN. Basil. hom. 2, 6 l. 328 intellectualem et -em. et saepe; agitur de natura humana Christi [cf. p. 223, 15]: FILASTR. 69, 1 non a. veram hominis -em accepisse salvatorem. AMBR. incarn. 2, 11 RVFIN. symb. 37 l. 48. CONC. S I 5 p. 338, 27 carnem animatam a. -i [sim. al.; cf. e. g. p. 50, 17 rationali; gr. I 1, 1 p. 26, 27 λογικῇ]. al.). 220 intimus est motus animae vis -is; habent ... etiam muta vim animae principalem ... non tamen -em, quin potius naturalem. 226 est ... anima iuxta Platonem substantia carens corpore semet ipsam movens -is (RVFIN. Orig. princ. 2, 6, 3 p. 142, 15 anima ..., s. -is. al.). GAVDENT. serm. 10, 18 -is animae humanae natura, ut creatorem suum sentiat, ... naturali quadam lege intellegit (HIER. hom. Orig. in Luc. 22 p. 139, 14 humanam ... -emque n. RVFIN. Orig. in num. 27, 1 p. 256, 2 n. -is, quae ratione et verbo dei ... pascitur. al.). SCHOL. Hor. carm. 3, 10, 17 puella aspera tamquam lignea et sine sensu -i (AMBR. epist. 5, 18, 5. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 91, 10 -is s. ac libertas arbitrii. al.). HIER. hom. Orig. in Luc. 25 p. 152, 17 qui Paulus habebat -em caritatem (affert Rom. 8, 38sq.). LEO M. serm. 13 de abstinentia ... prodeunt castae cogitationes, -es voluntates, salubriora consilia (GENNAD. dogm. 20 l. 7 arbitrii libertas, id est -is v., ... ut homo ... elegat. meton. de animantibus: SACR. Leon. 885). al. neutr. pro subst. significans partem animi ratione praeditam (cf. l. 22): CHALC. comm. 231 -i velut arx corporis data est (sc. caput) ..., utpote virtuti, quae regali quadam eminentia praestet (syn. 230 deliberativa vis). AMBR. spir. 2, 11, 126 quid est in homine, quod cognoscat 'quae sunt hominis' (I Cor. 2, 11)? utique -e, quod ceteris animae virtutibus supereminet. ANON. in I Cor. 51C (ad 11, 7 vir imago ... dei) propter -e et liberum arbitrium. HIER. in Eph. 3, 16 p. 490^B Christus in -i eius hominis habitans. in Matth. 13, 33 l. 901 sec. Platonem tres esse in humana anima passionem: τὸ λογιστικόν, quod possumus interpretari -e eqs. (-ale var. l.). ibid. l. 903 -e nostrum in cerebro ... commorari (MVTIAN. Chrysost. hom. 15, 3 p. 338^{extr.} [syn. intelligentiam; gr. p. 120 τὸ λογιστικόν]. cf. p. 223, 33). BOETH. Porph. isag. p. 11, 23 additum -e separavit nos ab illis irrationabilibus animalibus (gr. τὸ λογικόν). al.

c de hominum actionibus consideratis, prudentibus sim. (exempla minus dubia, sc. referenda ad quendam ratione agentem; cetera v. sub B): **α** respectu vario: CHALC. comm. 51 ut -i ductu ad destinatum operis effectum ratione ac via pervenerimus. 185 siquidem praedictio -is sit aestimatio sortis futurae (postea: artificiosis rationibus). 198 cum -is ... consilii correctio, quae paenitudo est, non proveniat in his, quae sine ratione vivunt. 302 intellegibilia ... sunt, quae intellectu comprehenduntur

-i indagine (*opp.* inrationabili opinione). GAVDENT. serm. 11, 20 tam -i patientia vincit inimicos ... Iesus *eos redarguens*. FAV. EVL. 1, 1 *Cicero* sollertis somnii -i quadam imaginatione composuit *locum de immortalitate animae* (*opp.* fabulosa ... assimilatione *Platonis*). AMBR. paenit. 2, 2, 7 iterandum non esse baptismum -i disputatione suadendum fuit (AVG. epist. 193, 13). MAXIMIN. c. Ambr. fol. 304^v, 3 non posse nec in cogitatu nec in sermone -i inveniri, ut filius ingenuus dicatur (PRAEDEST. 1, 23 l. 15. GENNAD. vir. ill. 64 scholastico et -i s.). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 50, 1 *aliquem* lenioribus monitis adire ... et adsertione -i convenire (*Migne gr.* 35, 460^A λογικῶς). AVG. mus. 5, 5, 10 cum et moderatam eius *versus* longitudinem prius naturaliter aure sentiamus, deinde approbemus -i consideratione numerorum. LEO M. serm. 88, 5 *in ieiunando singuli* ipsi iusta et -i taxatione se censeant. BOETH. in herm. comm. sec. 6, 13 p. 447, 13 ambiguitatem -i argumentatione dissolvit. *al.* **β** *respicitur ratio doctrinae christi*.: AMBROSIAST. in Eph. 5, 19 -em vitam diligit spiritus sanctus, quia, si bene vixerimus, implebimur eo *eqs.* (PROSP. in psalm. 146, 1 dominum laudare ... modulatione -is v.). PELAG. in Rom. 16, 20 p. 125, 4 bona est oboedientia, sed si -is sit. AVG. conf. 13, 34, 49 fidelium animam ... renovasti, *deus*, ... praestantique intellectui -em actionem tamquam viro feminam subdidisti (SACR. Leon. 877 da nobis ... -em ... a.). *al.* **γ** *respicitur ratio artis medicinae* (*cf.* p. 215, 73. 218, 50. 221, 56): PS. HIER. epist. 5 p. 64^C (*agitur de medicinis amaribus*) o -is et incommodis commoda satis perversitas medicinae. THEOD. PRISC. log. 115 quoniam et causas et origines compendiose digessi, curae nunc -es et adiutoria ordinanda nobis erunt. PS. SORAN. quaest. med. praef. p. 246, 30 *qui* experientiam tantum sine aliqua ratione exercuerit ... et sine doctrina -i egerit, alienum medicinae opus adhibere videtur. 6 ars (*v.* p. 221, 63). 50 *medici empiricae sectae inducunt* pro analogismo ... epilogismum, id est pro -i consideratione eventum rei cuiusque. GLOSS. III 206, 27 (*in cap. de medicina*) logici (*i. λογικῆ*): -is (*sc. medicina, ars sim.*).

2 *pertinet ad cetera animantia eorumque virtutes sim.*: **a** *de singulis speciebus*: APVL. Socr. 13 p. 148 daemones sunt genere animalia, ingenio -ia, animo passiva, corpore aëria, tempore aeterna (I inde Aug. p. 223, 57 rationalia. *sim. definitur* CHALC. comm. 135 daemon est a. -e immortale ...; -e ..., quia prudens. *ceterum de iisdem*: 130 regiones ... interiectas plenas esse -bus a. [-alibus *var. l.*; *antea*: ratione utentibus]. *cf.* l. 42). IREN. 4, 37, 1 angeli -es *sunt* (AMBR. fid. 5, 2, 32). CHALC. transl. p. 36^D -is animae substantia (*sc. a. mundi ut*: comm. 54. *al.*; *cf.* 297 -is a. pars auctore utitur ratione ac deo [*opp. pars patibilis*]). AMBR. epist. 4, 16, 13 superiorum -ium virtutum ac potestatum conexione (HIER. Didym. spir. 56, 244 supernae -esque *v. al.*; *cf.* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 16 p. 50, 8 cum quaedam caelestium potestatum animalia -ia sint). 6, 34, 3 ligna *paradisi fuisse* plena vigoris ..., spirantia et -ia (RVFIN. Orig. in gen. 2, 4 p. 32, 16. *ibid.* p. 33, 4 -ia dici l. ..., quippe in quibus aemulationem quandam describit [*Ezech. 31, 9*]). fid. 5, 2, 32 -ia esse et caelestia opera dei (*sc. sidera*; *cf.* RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 40 l. 8 astra ... vel cetera, quae in caelo sunt, -ia dicit *Origenes* et delicti capacia. Orig. princ. 1, 7, 3 p. 89, 8 *si stellae sunt* -es animantes. *sim. al.*). PHILIPP. in Iob rec. long. 20 p. 671^B (*ad* 20, 26) iste ignis devorabit impium, qui tamquam -is eum glutiet (*respicitur gehenna ut*: EVSEB. GALLIC. hom. 10, 9 l. 175 -is ille ardor ac iudex flamma. *al.*). ORIG. in Matth. ser. 50 p. 109, 20 animatae et -es nubes erunt, quae erunt vehiculum filii dei (*cf.* p. 223, 70). *al.* *respicitur deus (eius actio per neutr. pro subst. l. 56)*: CHALC. comm. 131 cum sit immortale animal et impatibile idemque -e, quod caeleste dicitur (*sc. deus*; *disting. homines et daemones*). AMBR. in psalm. 118 serm. 5, 38, 2 (*ad* 118, 38 eloquium tuum) verbum dei vel -e dei in timore sancto *servi dei* ... statuitur. AMBROSIAST. in I Cor. 12, 18 voluntatem dei, quia provida et -is est, membra dicit corpori aptasse (PELAG. in Eph. 1, 11 p. 347, 17). HIER. hom. Orig. in Ezech. 5, 1 p. 372, 15 *deus non* sine -i quadam sapientia ... poenas ... infert peccatoribus. *al.* **b** *generaliter de omnibus ratione praeditis*: IREN. 2, 30, 3 quam multitudinem animalium formaverunt *gnostici*, partim quidem -ium, partim autem irrationabilium? (HIER. in Eph. 4, 16 p. 503^A. MART. CAP. 5, 476 alia -ia, alia rationis expertia. *al.*). GAVDENT. serm. 19, 31 ab omni creatura -i caelestium, terrestrium et infernorum (FAVSTIN. trin. 1, 14 l. 6 AMBR. fid. 3, 3, 20. PAVL. NOL. epist. 16, 9 p. 123, 16 *hominem* ceteris ... c., si -es sunt, parem, sin vero corporeae, superiore esse. *al.*). AMBR. epist. 4, 16, 13 *ut* corpus unum ex omnibus -is naturae spiritibus adhaereat capiti suo Christo (PELAG. in Phil. 2, 15 p. 401, 4. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 46 corpus totius n. -is, id est angelorum et animarum. Orig. princ. 2, 1, 1 ex -bus et diviniorebus n. [*disting. ex mutis animantibus*]. *al.*). in psalm. 118 serm. 19, 13, 1 in omnibus creaturis et maxime in animantibus -bus (RVFIN. Orig. princ. 2, 1, 1 cum ... in ipsis -bus a. sit tanta diversitas. *al.*). HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 360, 19 multa sunt, quae condidit deus -ia ..., principatus et potestates *eqs.* (*item neutr. vel masc. pro subst.* :

RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 147, 22 eadem est ipsius *animae hominis*, quae et angelorum substantia, quoniam -e a -i nequaquam differre creditur. princ. 1, 3, 6 p. 57, 4 in omnes tam iustos quam peccatores et -es atque inrationabiles. CONC.^S IV 1 p. 64, 27 omnibus -bus [*explicatur* AVELL. 83, 194 de universa caelesti militia, quae ratione est praedita]. *al.*). RVFIN. Orig. princ. 1, 3, 8 deus pater omnibus praestat ut sint, participatio vero Christi secundum id, quod verbum vel ratio est, facit ea esse -ia. *al.*

B *quod non casu nec sine ordine sim., sed ratione exsistit, rationem suam exhibet, ratione intellegi potest (huc vergunt quaedam sub Alc allata; -e est sim. cum struct. verbali v. l. 16sq. 33sq. 62): 1 sec. quamlibet normam: a generatim: α de hominum affectibus, consilio, actionibus sim.*: APVL. met. 3, 4, 4 me ... -is indignationis eventu fortuito, *quo latrones occidi*, tantam criminis invidiam frustra sustinere. IREN. 2, 30, 3 quod ... opus monstrabunt *gnostici* per semetipsos ... factum ... -ius his, quae facta sunt a *demiurgo*? ARIVS ad Euseb. vers. α 2 [debitum et -e] visum est mihi salutare te ([I, gr. εὐλογον καὶ ὀφειλόμενον, vers. β ratione debitum, γ 1.5 -e]. *item e praedic.* -e *pendet inf.*: SYMM. epist. 8, 40 quid ... tam -e est, quam tribuere collegae, quod *eqs.*? LEO M. serm. 41, 1. *al.*; *acc. c. inf.*: CONC.^S IV 2 p. 180, 10 quanto magis -ius erat eos ... uno consensu inseri in gloriam dei? *cf.* l. 66. 71). AMM. 14, 7, 2 *magistratus Caesari* gravius -i responderunt. 20, 4, 11 Iulianus contemp-lans -es querelas. VVLG. Iob 32, 3 quod non invenissent responsonem -em, sed tantummodo condemnassent Iob. AVG. ord. 2, 11, 34 dicitur ... -is illa saltatio *histrionis*, quod bene aliquid ... ostendat excepta sensuum voluptate. 2, 12, 35 iam tria genera sunt rerum, in quibus illud -e (*definitum* p. 221, 33) apparet, unum est in factis ad aliquem finem relatis, alterum in dicendo (*disc- var. l.*), tertium in delectando *eqs.* (*v. Doignon, ed. 1997, 361sq.*). quaest. hept. 4, 59, 5 tunc ratas esse *abstinentias caerimoniarum*, cum -es fuerint, hoc est cum eas adprobaverit ratio. MART. CAP. 1, 5 -i ... proposito. ADNOT. Fronto p. 4, 24 (*ad* 4, 3 qui amor ratione oritur *eqs.*) mirus locus de amore -i. PS. IOH. MED. hom. 19 p. 943^A (*ad psalm. 90, 6*) negotia, quae -ia videntur esse Christianis et sunt tenebrosa. CONC.^S I 4 p. 87, 1 mihi ... -e videtur, ut ... nos contra eum clare pug-nemus (CAEL. AVR. acut. 3, 15, 122 erit -e, ut ... credatur. *cf.* l. 73). CAES. AREL. serm. 31, 1 in victu ac vestitu -i ac mediocri (34, 4 -em, non pomposum, non deliciosum. *al. apud eundem*). *al.* **β** *de iis, quae facta sunt (fiunt) opera dei creatoris vel naturae*: CHALC. transl. p. 44^D divinae providentiae spectari pensum ... ex membrorum corporis -i con-formatione. AMBR. hex. 5, 10, 29 p. 163, 18 quid ... -ius hoc piscium transitu, cuius rationem ... factis loquuntur? ISID. nat. 12, 5 -e ... fabrica-toris mundi opus (*cf.* l. 14). *vergit in vim q. e. naturalis*: VINDIC. med. 32 vias (*v.* p. 225, 54). CAEL. AVR. chron. 5, 10, 103 *eruptiones vom-icarum* alias -es dicunt[ur], alias irrationabiles, sed -es aiunt ut ad stom-achum ... venientes per os excludi *eqs.* (*irrationabiles fiunt, unde nullae* sint ... naturales viae). **γ** *exempla cetera*: PEREGR. Aeth. 25, 5 *ut psalmi dicantur* semper ita apti et ita -es, ut ad ipsam rem pertineant, quae agitur. GAVDENT. serm. 19, 41 textum, *psalm. 74, 9*, alio sensu, et quidem -i, ... explanatum (*sc. non allegorice*). AVG. civ. 5, 1 p. 190, 21 ea ... esse fortuita, quae vel nullas causas habent vel non ex aliquo -i ordine venien-tes. 7, 3 p. 278, 2 non -i felicitate, sed temeraria ... Fortunae potestate. LEO M. epist. 40 Arel. 9 iusta et -is nobis causa gaudendi est, cum *eqs.* (BE-NED. reg. 2, 18). CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 104, 19 si quam -em consequen-tiam habuissent gesta (*gr. I 1, 3 p. 20, 34 εὐλογον*). SALV. gub. 1, 18 omnia deum, prout -e putat, regere. *al.* *de litteris secularibus* (*cf.* p. 213, 26. 217, 11): RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 119, 11 (*ad III reg. 10, 2*) *regina Saba* auro venit repleta, sensibus sine dubio et -bus disciplinis, quas ... ex ... scolari eruditione collegerat (in lev. 7, 6 p. 391, 18. 7, 7 p. 392, 25 *animae* imbutae liberalibus institutis vel -bus d.). in exod. 2, 2 p. 156, 19 -is eruditionis formam. *ibid.* p. 156, 21 eruditio ... ista communis -is sci-entiae (in lev. 7, 3 p. 381, 9 [*disting. de deo sentire, quae ... vera sunt*]). **b** *speciatim sec. rationem: α iuris vel communis aequitatis* (*sublucet color q. e. iustus, aequus, cf. p. 211, 8. 18*): ① -e est (videtur, perspicitur) *cum struct. verbali* (*pro qua ponitur pron. neutr. l. 69*): POMPON. dig. 45, 3, 37 si ... ita stipularetur *servus* '...', dubitaretur; ... sed ... -ius esse videtur pro virili parte stipulationem eis *dominis* adquiri (*item cum acc. c. inf.*: PAVL. dig. 44, 7, 34 pr. -ius ... est eam admitti senten-tiam, ut *eqs.* COD. Iust. 7, 6, 1, 8. RVSTIC. CONC.^S II 3, 1 p. 66, 4 -e est adesse ... archimandritam Eutychem [*gr. II 1, 1 p. 90, 2 εὐλογον. cf. II 3, 1 p. 66, 14 iustum est*]. *al.*; *cf.* l. 19). 50, 16, 122 quod, *sc. opinio prolata*, magis -e esse videtur. LEO M. epist. 14, 10 ob quam *causam* -e ac neces-sarium sit ... advocare conventum *episcoporum* (*item cum inf. v. l. 17. p. 215, 23*). CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 117, 19 -e ... perspicit etiam vestra potentia, ut, quae gesta sunt contra concilium ..., infecta consistant ([*gr. I 1, 3 p. 48, 25 εὐλογον*]). EPIST. pontif. 769 Arel. 28 p. 41, 13 -e est, ut sancta Arelatensis ecclesia propriis privilegiis perfruat. CONC. Carpent.

rebullio, -īvī, -īre. a re- et bullire. [e con. dub. p. 258, 1.] trans.; fere i. q. bulliendo emittre: APVL. met. 1, 13, 6 cum moriens praesecata gula ... stridorem incertum per vulnus effunderet et spiritum -ret. 5, 26, 5 casu ... pessimo lucerna fervens oleum -vit in eius Cupidinis dormientis umerum. intrans.; fere i. q. bulliendo exaestuar: APVL. met. 9, 34, 2 vinum ... in omnibus doliis ferventi calore ... -ire.

[rebulus v. p. 263, 47]

v. L.

reburrium, -ī n. [a reburris, cf. beneficium a beneficus; v. Leumann, Gramm. 1977, 293. Mei.] i. q. calvitium in fronte capitis: VET. LAT. lev. 13, 42 (cod. 100) si ... fuerit in calvitio eius viri sive in -o eius tactus candidus ..., lepra est in c. eius aut in -o eius ([Vulg. v. p. 263, 25]. item disting. 13, 43 [ibid.; Vulg. deest]; gr. ter ἀναφαλαντώματι).

reburris, -a, -um. [a re- et *burrus vel burra; cf. burra 'lana, vestis hirsuta' (< *bursā?) et gr. βύρσα 'pellis, cutis', quae originis obscurae sunt. v. Walde-Hofmann I 124; Frisk, Gr. etym. Wb. I 277sq. Mei.] NOT. Tir. 92, 93 -us (-burs- var. l.). de notione v. infra sub 1a et 2.

1 i. q. recalvus (sc. vi praeverbii q. e. retro; -us est fere homo [masc. pro subst. l. 43], sed -um est caput l. 47sq.): **a** definitur (huc traximus etiam definitiones significationis incertae): GLOSS. -us: ἀνάσλωος, ἀναφάαντος (i. 'capillis in fronte sursum versis' intell. Liddell-Scott-Jones s. v.). ἀναφάακος, ἡ αναφάλας. ἀνάθηξις (si huc pertinet). rebulus: recalvus, renudatus. GLOSS. biling. II 5, 1 ἀναφαλανταῖος: (-us). **b** cetera exempla: locus biblicus et quae inde pendent: VET. LAT. lev. 13, 41 (cod. 100) si cui secus faciem capillus defluerit de capite eius, -us est, mundus est (gr. ἀναφάαντος, Vulg. recalvaster). FAVST. Aug. c. Faust. 6, 1 p. 284, 23 calvum aut -um ... hominem non constituere sacerdotem, quia sunt huiusmodi apud deum immundi, uterque contempsimus (cf. AVG. ibid. 6, 9 p. 302, 9 de calvo ... et -o ... parum Faustus attenderat aut in mendosum codicem inciderat). locus e PASS. Theclae ad Paulum apostolum spectans (vix ad 2; non huic voci respondere vid. gr. p. 237, 7 ψιλὸν τῇ κεφαλῇ): PASS. Theclae B a 3 p. 8, 9 (sim. B c 3 p. 8, 22) virum statura brevem, capite -o eqs. (C a 3 p. 9, 1 attonso c. et -o, ... subcalvaster. cf. p. 263, 33). C b 3 p. 9, 9 attonso capite, -us, ... subcalvaster eqs. (i. om. cod. unus). C d 3 p. 9, 23 attonso capite, ruborus, ... subcambaster.

2 i. q. hispidus vel crispus (sc. vi praeverbii evanida): GLOSS. V 609, 11 -us: hispidus. 623, 2 -us (rib- cod.) vel cirratus est crispus.

deriv.: reburrium. cf. Onom.

rēbus v. reipus.

Ottink.

reca INSCR. Bonn. Lehner 1253 (in tessera lusoria). incertum.

recalcia NOT. Tir. 79, 35 (-cat Kopp). a re- et calciare (v. calceo). [a *recalceare: langob. regalzá, regoltsá, pedem. argausé, hirpin. rekatsá, sic. arriquasari, prov. regaussar; a *reculceare: cors. riguttsulá 'invertere', prov. regoussar, vasc. argussá-s 'assurgere'; raet. centr. regocé 'replacare' (sc. manicas, bracas), fort. intercedente voce q. e. collum; cat. (ar)regussar, rebossar potius aliter explicanda. cf. M.-L. 7135a. Kramer V 495sq. Wartburg X 164sq. Coromines I 414. VII 154sq. Schd.-Cr.] v. L.

recalcito v. l. 63.

recalcitro, -āvī, -āre. a re- et calcitrare. trad. -cit- pro -citr- AMM. p. 261, 13sq. 16. PELAG. p. 261, 24. NOT. Tir. 107, 77 -at. [confunditur c. calcitrare p. 261, 3 (in var. l. vix recta AVG. in psalm. 18, enarr. 2, 11 QVODV. temp. barb. 2, 4, 6).]

fere i. q. (calcitrando) repugnare, rebellare sim. (fere c. respectu inobedientiae; proprie, sc. calcibus, fort. sub 1b; saepe subluceat imago animalium obstinatorum, v. l. 70. p. 261, 3. 21. 24. al.): **1** exempla varia:

a -ant homines: HOR. sat. 2, 1, 20 cui Octaviano male si palpere, -at (SCHOL. cui si inaniter aduleris, respuit et renuit; translatio ab equis. ibid. repugnat et respuit). VET. LAT. deut. 32, 15 (cod. 100, sim. al. et VVLG.) Jacob -vit dilectus, impinguavit (-bit cod.), in crassavit ... et dereliquit deum (gr. ἀπελάκτισεν, Lucif. non parc. 23. al. calcitravit. pendet p. 261, 18 et RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 90, 1. VEREC. in cant. 2, 16 l. 10 -at et resistit).

[Stewart]

CYPR. zel. 6 (*syn. rebellat*). HIER. in Gal. 4, 15 l. 41 -atis, irascimini. AVG. in psalm. 24, 9 ('dominus docebit mansuetos vias suas') eos, qui non rapiunt cervicem neque -ant (calc- var. l.), cum eis iugum lene imponitur et sarcina levis (*alluditur ad Matth. 11, 30, ut l. 9 et CASSIOD. l. 22*). ARNOB. IVN. in psalm. 131 l. 8 ad portanda praecepta eius domini mansuetum pectus tuum ... et non -antem (te) (*suppl. Daur*) exhibes Christo (*nisi ad 2a*). VEN. FORT. expos. orat. 9 (*antea opp. implere mandata dei*). EXCID. Troiae 19 p. 54, 3. **b -ant animalia**: AVG. in psalm. 96, 5 (*in compar.*) mansuetos ..., veluti iumenta mitia, non -antia eqs. serm. 359B, 11 coll. Dolbeau 1996 p. 336 l. 272 (*respic. Luc. 19, 35*) ducebant illi discipuli, sequebatur ille pullus asinae; non enim trahebant illi et -bat ille.

2 indicatur, cui (rei) -etur: **a per dat.**: **rei**: AMM. 14, 7, 14 *quaestor* nos ... ut rebelles et maiestati -antes Augustae ... incusat (*sim. 22, 11, 5 multos ... incusans ut eius imperatoris -antes imperiis*). 15, 7, 9 *papa* perseveranter renitebatur ..., aperte scilicet -ans imperatoris arbitrio. 28, 1, 32 vanum hominem -antem sublimibus meritis *praefecti praetorio*. AMBR. Noe 18, 65 ubi ... proposito suo viderit aliquorum -are naturam. *personae* (*fort. addas l. 6*): VEREC. in cant. 2, 16 l. 17 (*respic. p. 260, 73*) *Iacob* saturando se domino -at (*ibid. l. 23*). **b per praepos.**: PRAEF. bibl. monarch. in Luc. p. 271, 3 (*cf. vol. III 133, 69sq.*) Paulus ..., quem diu contra stimulos -antem dominus elegerat (CHROMAT. in Matth. 9, 2 l. 54 c. fidem. CASSIOD. in psalm. 24, 9 l. 182 *superbi* c. iugum lene et onus leve ... -ant). PELAG. frg. Migne suppl. 1, 1560 quia ad certas habenas legis in nullo -antes divina auctoritate constringamur. AVG. in psalm. 146, 12 mitis esto, mansuetus esto; noli -are adversus obscura (*sc. in sacris script.*; *postea*: resistere adversus clausa dei). Stewart.

recalco, -ātum, -āre. **a re-** et **calcare**. *scribitur -cul-* in *codd. rec. duobus* COD. Theod. 16, 6, 4 pr. [*e coni. dub. APVL. met. 6, 19, 6 -ans priora vestigia (recolens cod. F); in var. l. falsa p. 262, 74.*]

1 proprie -antur: **a quae retro calcantur, calcando in pristinum statum rediguntur**: COLVM. 2, 2, 19 si velis scrobibus egestam humum recondere et -are. **b quae iterum vel identidem calcantur**: APVL. met. 9, 11, 3 (*loq. asinus*) ut in orbe ... reciproco gressu mea -ans vestigia vagarer (ZENO l. 44, 1 [*in imag.*] stabilis cursor ... per temporum ambages pernecibus plantis sua -ans ... v. dies paschae. cf. l. 29). PRVD. cath. 9, 75 *tartari* porta reddit mortuos ... et limen atrum iam -andum patet.

2 translate -antur, quae contemnuntur: COD. Theod. 16, 6, 4 pr. ut baptismata sacrosanctum mysteriis -tis temeritate noxia iterarint *Donatistae* (*cf. 16, 6, 2 pr. apostolorum praecepta calcantes*). Rocchi.

[recalculatio, -ōnis f., olim edebatur ALTERC. Hadr. et Epict. (v. p. 231 ed. Orelli), sed pertinet ad rec. medii aevi, cf. ed. Suchier p. 156 (ubi editur var. l. recirculatio) et e. g. Reicke, Philologus 18, 1862, 530.]

? **recalculo** v. p. 263, 18.

recal(e)facio, -fēcī, -factum, -ere et recal(e)fīto, -fierī. **a re-** et cal(e)facere (-fierī). *syncope -calf- metro firmatur apud OV., trad. in var. lect. c. -calef- SCRIB. LARG. 271. NOT. Tir. 69, 62 sqq. -it. -ecit. -ctum.*

1 vi praeverbii iterativa i. q. iterum calefacere (*sc. act. vel pass.*): OV. ars 2, 445 (*in imag. respicitur affectus*) fac timeat puella de te tepidamque -e mentem. met. 8, 444 *Meleagros* calidum ... priori caede -fecit consorti sanguine telum. SCRIB. LARG. 271 haec omnia infervescunt super carbones, deinde perfrigerata (*refr- var. l.*) ... reponuntur posteroque die iterum infervefiunt ..., tertio die rursus -fiunt. CASS. FEL. 42, 5 per singulos dies ipsum oleum -es (*antea*: iterum plus calidius oleum infundes). **2 vi praeverbii inversa i. q. calorem perdere, refrigerare** (*sc. mediopass.*): CAEL. AVR. acut. 2, 10, 63 quae *febres* secundo vel tertio in statu accessionis constitutae statim -to corpore vel cessante vehementia in resumptionem atque resurrectionem mediocrem revocant aegrotantes. v. L.

recaleo, -ēre. **a re-** et **calere** (*metri causa iuxta recalescere formatum esse putat Leumann, Gramm. 1977, 538*). *perf. -ui sim. traximus ad recalesco. de notione v. l. 68sq.*

1 i. q. calorem retinere (an vi praeverbii prorsus evanida? exempla quaedam explicari possunt per vim inversam refrigerandi, cf. e. g. recalefacio l. 55, regelasco et infra l. 75): **a proprie, sc. corporaliter: de sanguine recenti**: VERG. Aen. 12, 35 (*loq. Latinus*) bis magna victi pugna vix urbe tuemur spes Italas, -ent nostro Thybrina fluenta sanguine adhuc (*cf. SERV. auct. ' -ent' pro calent, 're' enim superflua compositio est verbi; aut ' -ent' iterum calent, quia dixerat 'bis magna victi pugna', 're' enim iterationis obtinet vicem [] item CHAR. gramm. p. 355, 19*). GLOSS.¹ I Ansil. RE 39 -ent: adhuc calent; quasi si dicere[n]t 'et non longum est tempus, quod fuerunt'. PRVD. perist. 3, 145 *martyris* membra ... picta cruore novo fonte cutem -ente lavant. 11, 143 si quis ... in sudibus -enti (-entis, -ente var. ll.) aspergine sanguis *martyris lacerati* insidet, hunc omnem spongia pressa rapit (*vim refrigerandi agnoscit Fux, comm. 2003, ad*

l.). *de re liquido calido tincta*: SER. med. 885 vellera ... infuso -entia sulphure sanant *dolorem subitum* (*cf. e. g. Plin. nat. 29, 38 pura vellera ... inposita caecis doloribus ... accepto sulphure*). **b translate de rebus (persona l. 6), quae recentes sunt vel tamquam recentes permanent**:

in memoria sim. (in actis, sc. accedente acc. c. inf., l. 9): AVSON. 11, 7 (197 S.), 15 (*veteri magistro*) nunc quoque in nostris -es medullis. AMM. 22, 12, 2 -entibus [armis] etiamtum regum precibus. 28, 1, 7 -bant in auribus ... parentis effata. CONC. Carth. a. 411, 3, 153 (*loq. Petilianus*) me id petisse adhuc -ent gesta, ut eqs. *in consuetudine sim.*: AMM. 22, 16, 17 *Alexandriae* -et apud quosdam adhuc ... consideratio mundani motus et siderum. AVG. epist. 17, 2 *in Africa*, ubi huius linguae *punicae* cunabula -ent. in Gal. 51, 5 cuius *belli adversus euangelium gesti* reliquiae (quamvis tepide, adhuc tamen -ent (] *codd. RA [pro tepidae?], aliter alii*; q. tepidae diu *Divjak*, q. tritae diu *Migne, sed vix simul tuearis et diu et adhuc*).

2 i. q. iterum calere vel calescere (fere in imag. ignis extincti): -et *fervor animi languescens (accedit praepos. ad l. 20)*: STAT. Theb. 4, 671 (ex longo) (et longe var. l.) -et furor *Argivorum*. SIDON. carm. 11, 122 *in Veneris pompa* iam sectus -et Corybas, cui ... ignem ... regemunt *tibiae*. GREG. M. moral. 2, 2 l. 26 *Petrus negaturus (Ioh. 18, 18)* intus a caritatis calore torperat et ad amorem praesentis vitae, quasi ad persecutorum prunas, infirmitate aestuante -bat (desiderio a. se calescerebat *Taio excerp-tor*). *cetera exempla*: PAVL. NOL. carm. 26, 399 quamlibet extinctae, *sc. intercessione Felicis*, -ent, vestigia flammae mentibus (-cul-, -col-var. ll.). CASSIOD. var. 3, 6, 3 in auditorii officina ingeniorum, *sc. Deciorum veteribus praeconis celebratorum*, flamma -ente.

recalēscō, -uī (*cf. p. 261, 61*), -ere. **a re-** et **calescere**. NOT. Tir. 69, 54 sq. -uit. -it.

i. q. iterum calescere (sed vi praeverbii minus perspicua l. 33; c. praepos. finali l. 61sq.): **1 proprie, sc. corporaliter, de hominum corporibus, sanguine sim. refrigeratis (de febris remissa l. 37)**: **a stric-tius**: CIC. nat. deor. 2, 26 *tepor marinus est* ex intumidis maris partibus agitatione excitatus, quod nostris quoque corporibus contingit, cum motu atque exercitatione -unt. PRVD. cath. 10, 95 (*respic. resurrectio mortuorum*) post obitum -ens compago *corporis non* fatiscere novit. SEDVL. carm. pasch. 3, 186 (*respic. Matth. 12, 9sq.*) *Christus* gelidam -ere palmam praecipit et reduci ... saluti (*cf. op. pasch. 3, 15 in calorem ... animari*). HIPPOCR. progn. 17 pereunt ..., quos febris eadem die non dimiserit aut, si videatur dimisisse, rursus videatur -ens, (inveniantur -entes vel v. -ere *trad., corr. Alexanderson sec. gr. φαίνηται ἀναδεδυαυόμενος. cf. imag. l. 70*). GREG. M. dial. 4, 37, 4 *quidam* -entibus membris ab aeternae mortis somno evigilans. **b laxius de infirmis, torpentibus, qui -endo recuperant vigorem, vim vitalem**: SEN. epist. 34, 1 discussa senectute -o, quotiens ex iis, quae agis ..., intellego, quantum *profeceris*. OROS. hist. 5, 7, 14 hac ... potione (*sc. caelia*) post longam famem -entes bello sese obtulerunt *Numantini obsessi*. CORIPP. Ioh. 7, 108 *deus* Latias voluit -ere vires; adveniunt socii eqs. (*reval- Bekker, sed v. quae disserui Mus. Helv. 72, 2015, 49sq.*). 7, 162 (*155sq. stupefacta relinquit corda calor*) spiritus in gelidis tenuis -ere membris vix potuit.

2 in imagine vel compar. (allegoria l. 69) de iis, qui (quae) -endo vigorem, vehementiam priorem recuperant: **a -it ardor remissus animi, fidei**: OV. rem. 629 quid iuvat admonitu tepidam -ere mentem? PLIN. epist. 7, 9, 6 *retractando orationes* -ere ex integro et resumere impetum fractum. PRVD. c. Symm. 2, 269 (*loq. deus*) hominem adsumptum summus deus in deitate transtulit ac nostro docuit -ere cultu. ENNOD. opusc. 3, 72 p. 349, 13 *per quadragesimam* carne frigida spiritus hilaris (-it et) ... fidelis spei cibus anima saginatur (] *Hartel, -ret trad.*). EPIST. pontif. 1056 CONC.⁵ IV 2 p. 112, 36 pensate, ... quanto mentis frigore fraternitas vestra torperit, quae nec confricta -it. GREG. M. in cant. 3 ut a torpore suo anima ... refricata (*refrigerata var. ll.*) -at et per verba amoris, qui infra est, excitetur ad amorem, qui supra est. in euang. 14, 6 accendamus ... animus, fratres: -at (*conc- cod. unus*) fides in id, quod credidit; inardescant ad superna nostra desideria (*sim. indicatur finis per praepos. ad: in Ezech. 2, 7, 6 paenitentes ad amorem caelestis patriae -unt. moral. 4, 42 uniuscuiusque spiritus ad conditoris sui desiderium -it*). **b -unt varia**: FLOR. epit. 4, 2, 53 (*de bello post Pharsalicam aciem continuato*) acrius multo atque vehementius Thessalici incendii cineres -uerunt (*-calav- cod. unus*). NOVATIAN. cib. Iud. 3, 3 *tabulae Mosis*, quod oblitteratum fuerat, admonent, ut iustitia in illis *Israhelitis* ignium more quasi adflatu quodam legis sopita -re[n]t. PRVD. psych. 59 *Libidinem iugulatam non* resumptis viribus extincti capitis -ere flatu. OROS. hist. 3, 8, 4 (*antea: inter febres morbosque reipublicae Romani* brevissimo pacis signo velut tenuissimo aquae gelidae haustu infecti sunt, ut in peius -entes multo gravius ... adflactarentur. LEO M. epist. 15 praef. 2 Vollmann l. 9 Priscillianistarum ... -uisse (*recalcavi cod. unus*) sentinam. CORIPP. Ioh. 2, 37 *dux* extinctas fecit -ere flammis *belli*. Sannicandro.

recalf- v. recalef-.

?**recalo**, -ātum, -āre. a re- et calare (si compos. agnoscendum est). trad. litteris tam lat. quam gr. PS. MAVRIC.

1 i. q. revocare: a describendo eventus subsequentes ab ultimo ad primum, sc. ordine temporis inverso: LIB. geneal. chron. I p. 186, 473^a generationes Lucas (3, 23 sqq.) ad Mariam usque describit, sed cursu ab eadem ad primum hominem -to revertitur (reca(pitu)lato susp. Bulhart in schedis nostris). **b retrahendo milites e pugna**, sc. imperat. -a pro obi. adhibito in locut. -a facere, ut significetur fere i. q. **recedere** (infra afferimus textum, qualem restituit intellegitque Rance, Glotta 86, 2010, 79 sqq. coll. locut. ῥέκαλα διδόναι/ποιεῖν alicunde nota; alii temptaverunt alia): PS. MAVRIC. strat. 3, 5 1.4 (mandator ad milites) nemo demittat ... bandum, sive minas (i. aggredieris) sive -a facis (ibid. 1.7 sive pugnas sive seques inimicum sive -a f.).

2 fort. i. q. (calando) iterum definire (respic. circulus paschalis alter ab a. 439 incipiens): COMPVT. Carth. 2, 1 p. 286, 2 quem circulum -to tempore supputans invenies habere noctium ... milia tot (nisi conicias recal(cul)ato, i. iterum computato).

recalvaster, -tra, -trum. [a recalvus suffixo -āstro- addito, quod qualitatem calvum, si conferas e. g. l. 22; opp. calvitium [-ties]): cf. Leumann, Gramm. 1977, 318 sq. Mei.] [afferebatur olim e SEN. epist. 66, 25.]

i. q. (paulo) **recalvus**: VVLG. lev. 13, 41 si cui a fronte ceciderint pili, -r et mundus est (cf. l. 53. p. 260, 39).

recalvatio, -ōnis f. [a recalvatus. Mei.] i. q. **frons calva** (vix occipitium calvum, si conferas e. g. l. 22; opp. calvitium [-ties]): VVLG. lev. 13, 42 si in calvitio sive in [-e] albus vel rufus color fuerit exortus ([-e] -calvit- al. var. II.; ad eundem locum pertinet RVFIN. Orig. in lev. 8, 5 p. 401, 1 [subestne Vet. Lat.?] in calvitie vel in -e [sim. p. 401, 2]. item pendet ISID. expos. in lev. 11, 3 leprae ... legislatorem sex species ... posuisse: primam capitis et barbae, secundam calvitii et -is eqs.).

recalvātus, -a, -um. [a recalvus, sc. intercedentibus vocibus q. s. capillatus, comatus sim. Mei.] i. q. **recalvus**: PASS. Theclae D 3 p. 131, 11 (respic. Paulus, v. p. 260, 44) altiora capitis -a.

deriv.: recalvatio.

recalvities, abl. -ē f. a recalvus. i. q. **frons calva**: RVFIN. Orig. in lev. 8, 10 p. 407, 8 (respic. lev. 13, 42) species leprae ..., quae fit in calvitie vel -e (-vitione var. l., cui subest Vulg. l. 25).

[**recalvitio**, -ōnis f. non nisi in var. lect. l. 27. 37.]

recalvitium, -ī n. a recalvus. i. q. **frons calva**: VET. LAT. lev. 13, 42 (Hesych. ad loc. p. 945^D) si in calvitio sive in -o albus vel rufus color fuerit exortus (gr. ἐν τῷ φαλακρώματι ... ἢ ἐν τῷ ἀναφαλαντώματι, cod. 100 v. p. 260, 25, Vulg. l. 25; allegorice accipit de simplicitate hominis HESYCH. ad loc. p. 946^C si ... facta fuerit in calvitio eius aut in -o macula, sc. praevericationis. p. 946^D).

recalvus, -a, -um. a re- et calvus. fere i. q. in fronte calvus (sc. calvitie se a fronte retro extendente; de vi quodammodo inversa [sc. 'loco insolito'] cogitat Moussy, Rev. Phil. 71, 1997, 232. cf. GLOSS. rebulus [immo reburrus]: -us, renudatus): PLAVT. Rud. 317 ecquem adulescentem huc ... strenua facie, rubicundum, fortem ... vidistis venire? ... ecquem -um ad (at, ac codd.) Silanum senem, ... tortis superciliis, contracta fronte eqs.? (ac silanum Leo). VET. LAT. lev. 13, 41 (Rufin. Orig. in lev. 8, 10 p. 407, 10) si cuius defluerint capilli capitis, calvus est, mundus est; si autem a fronte eius defluerint, -us est, mundus est (gr. ἀναφάλαντος, Vulg. v. l. 22). HIER. adv. Iovin. 1, 48 p. 278^D (de Socrate) foedissimum hominem, simis naribus, -a fronte eqs. (recurva codd. det.). adv. Rufin. 1, 30 l. 37 senex cano et -o capite (opp. comatulus iuvenis).

deriv.: recalvaster, recalvatus, recalvities, recalvitium.

recalx, -cis adi. a re- et calx. i. q. **recalcitrans, obstinatus, rebellis** sim.: COMM. apol. 229 Iudaei, inprovidi[s] semper et dura cervice -es (item fere instr. 1, 38, 1). v. L.

?**recampo**, -āvi, -āre. a re- et campsare, si recte restit. i. q. **retro flectere** (non nisi refl.): PS. SORAN. quaest. med. cod. Carnot. fol. 11^v **hydropici** quidam cum se inclinaverint vel [-verint], in convertendo se sonitum ... faciunt ([-e] recumpserint cod., corr. Fischer, Voces 23/24, 2012/13, 70; recubuerint cod. Lincol. fol. 35^v; locus deest in cod. Lond. et ed. Rose. cf. Paulus Nicaeus med. ed. Ieraci Bio, 61 l. 25 ἀνακλινόμενοις).

?**recandeo** v. infra.

Bl.

?**recandēscō**, -uī, -ere. a re- et candescere. forma perf. -uit tantum legitur, ita ut etiam ad recandēre pertinere possit. [in falsa var. l. pro redardescet Ov. rem. 734.]

i. q. **candescere**, sc. iterum vel ita, ut actioni cuidam respondeatur; respicitur: **1 calor**: proprie: Ov. met. 1, 435 ubi diluvio telus lutulenta recenti solibus aetheriis altoque -uit aestu, edidit innumeras species. translate: Ov. met. 3, 707 audito clamore Baccharum -uit ira Pentheos. **2 color candidus**: Ov. met. 4, 530 Ino se ... super

pontum ... mittit ...; percussa -uit unda. 7, 78 erubere genae totoque -uit ore Medea amans. CLAVD. 15, 211 (208 Iuppiter adflavit Romam meliore iuventa) solidatam crista resurgens erexit galeam clipeique -uit orbis.

recano v. recino.

recanto, -ātum, -āre. a re- et cantare. [olim falso ed. BOETH. top. Arist. 156b38.] significatur actio cantandi, sc.: **1 revocandi verba cantu, abdicendi olim dicta** (cf. παλινφθεῖν): HOR. carm. 1, 16, 27 dum mihi fias -tis amica opprobriis (PORPH. -ari probra dicuntur, cum contraria probis carmina fiunt in eum, cui maledixeris. SCHOL. -antur ... obprobria, cum ... reprehensiones laudibus corriguntur). PORPH. Hor. carm. 1, 16 pr. hac ode παλινω(ε)διαν repromittit ..., id est -turum ea, quae dixerat. **2 repellendi, abigendi cantu magico**: OV. rem. 259 nulla -tas deponent pectora curas. **3 iterandi cantu (simul et respondendi MART.): sine obi**: MART. 2, 86, 3 nusquam in meis versibus graecula ... -at echo. SCHOL. Hor. p. 326, 58. cum obi.: PANEG. 2, 33, 2 crebro historia -ta est ([de- coni.]. item cantantur res: AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 32, 2 dum -as domini benedictiones). AMBR. virg. 2, 6, 42 saepius ... nobis iste versiculus -andus est. Holmes.

recapio v. recipio.

[**recapitatio** v. l. 55.]

recapito, -āre. [a re- et *capitare pro *-ceptare (cf. in-ceptare), sine dubio intercedente verbo q. e. recapitulare. Mei.] [confunditur c. recapitulare l. 25 (in falsa var. lect. p. 266, 55).]

i. q. **rursus incipere (intrans.)**: REGVLA mag. 18, 9 sic omnes explicando suas septimanas decadae -ent, sc. fratrum vicissim servitium (sim. 79, 9 explicando et -ando [recapitulando var. l.]). 24, 4. 24, 15 omnia perlegantur, ut per vices hebdomadam et finiri possit et -ari legendo (item opp.: 24, 17). Cs. (f).

***recapitulatio**, -ōnis f. [a recapitulare. Mei.] legitur inde ab IREN. (13^{tes}), TYCON., FORTVN. rhet., nusquam in versu; plur. non invenitur praeter p. 265, 3.

i. q. **actio recapitulandi vel res recapitulando effecta** (e. g. l. 51. 61. 62 sqq. p. 265, 32; gr. respondet ἀνακεφαλαιώσις praeter p. 265, 35; quid recapituletur, indicatur per gen. e. g. l. 52 sqq. p. 265, 34, praepos. de l. 63 sqq., interrog. obl. l. 66; unde -o incipiat, per praepos. ab p. 265, 2 [cf. p. 265, 40], ex p. 265, 19; pendet in brevi l. 66; iuncturam -em facere v. e. g. l. 52. 53. p. 265, 35. 38, -o fit e. g. p. 265, 45): **1 usu communi -o fit fere dicendo, scribendo sim.**: a capitulatim, summatim, breviter complectendo: a in parte orationis, scripti sim., sc. recapitulatur iam dicta vel nota: i definitiones rhet. sim. (ad rem v. Martin, Antike Rhetorik, 1974, 150 sqq.): FORTVN. rhet. 2, 31, tres sunt partes epilogorum, id est ἀνακεφαλαιώσις, hoc est -o vel enumeratio, dinosis eqs. ([-e] cod. unus; aliter cett., ubi deest -o). SCHEM. dian. l. 50 ā., latine -o, ut Tullius in Caeliana [sc. 72] facit in epilogis: '...'; revocat ... in memoriam, quae latius dixerat [sim. in explic. RVFIN. Orig. in lev. 6, 2 p. 360, 1 CASSIOD. in psalm. 113, 21 l. 272]. GLOSS.^L III Abol. AN 27. GLOSS. V 422, 56 ā.: -o). THEOD. MOPS. in Eph. 1, 10 p. 128, 8 -o ... dicitur multorum sensuum velox resumptio (postea: apostolus dicere vult 'universitatis deus fecerat ... omnem creaturam quasi unum ... corpus eqs.'). GLOSS. II 589, 38 peroratio: haec [vis], -o ('brevis?' Goetz in indice). ii exempla usum illustrantia (de doctrina theol. l. 51): IREN. 4 praef. 2 doctrinam eorum Valentinianorum -em esse omnium haeticorum. 4, 2, 1 Moyses ... -em universae legis ... in Deuteronomio faciens eqs. POSSID. vita Aug. 17, 9 ab Augustino ... totius collationis ... facta est -o. VICTOR. pasch. p. 22, 18 Eusebii aetates tantum summatim ... priorum generationum ... sub annorum -e ... comprehendens (recapitat- cod. saec. VII). GENNAD. vir. ill. 99 -em libri (cf. l. 66). CAES. AREL. in apoc. 1 p. 213, 17 ut vobis ea, quae dicta sunt, tenacius inculcentur, brevem ex ipsis -em fieri volumus (serm. 117, 6 idiotis ... nisi b. -o facta fuerit, timeo eqs. PRIMAS. in apoc. recap. l. 6. cf. l. 49. 60. 66). reg. virg. 49, 2 in qua scheda ... -em scripsi (sc. regulae ut: 49, 8 istam parvulam -em. 64, 4. 65, 1). CONC. Aurel. a. 549 p. 148 l. 3 -o antiqua canonum. al. in titulis sim. (cf. l. 73): CASSIAN. inst. 4, 43 tit. -o expositionis, per quam monachus ad perfectionem possit ascendere (cf. 4, 43 brevitarium). conl. 5, 4 tit. -o de gastrimargiae ... passione eqs. (AVDAX gramm. VII 357, 13 de accentibus [om. cod. unus]. GREG. TVR. Franc. capp. 10, 31). CLAVD. MAM. anim. 3, 16 tit. p. 185, 2 superiorum in brevi -o librorum. CASSIOD. inst. 1, 24 tit. -o generalis, quo studio scriptura sancta legenda sit. al.

β in locut. circumcisa, quae quasi per synecdochen fere unum temporis spatium indicans simul alterum vel totum tempus complectitur (sc. sec. regulam sextam Tyconii male perspicuam; de qualibet locut. impropria p. 265, 6; sequimur Dulaey, Rev. Ét. Aug. 35, 1989, 99 sqq. et Vercruysse, ed. 2004, 61 sq.; cf. p. 267, 34 sqq.): TYCON. reg. praef. p. 1, 16 regula sexta, sc. de -e (6 tit. p. 66, 10 Avg. doct. christ. 3, 93. adde p. 265, 10 et cf. p. 265, 7). 5 p. 65, 24 (p. 64, 22 sqq. aliquotiens spiritus unum tempus in multas dividet partes, quarum singulae totum tempus sint; sic annus, quo

fuit Noe in arca, dividitur inter omnes numeros *eqs.*) unaquaeque pars huius anni idem annus est; ... sunt enim istae partes -is ab initio usque in finem *eqs.* 6 p. 67, 7 aliquotiens ... sunt -es ... futurae similitudines (*seq. Matth. 24, 15sq.; cf. l. 25sq. [ad psalm. 125, 1sq.]*) de similitudine ... tempus suum et nostrum unum fecit et iunxit; *l. 29sq.* spiritus sine mysteriis vel allegoria aliud sonare, aliud intellegi voluit [*explicat I Ioh. 4, 3*]). AVG. doct. christ. 3, 122 sextam regulam Tichonius -em vocat (*sed verba eius obscuriora vertit in sensum l. 14sq. illustratum, ut 3, 125 qua -e redditur ad ea, quae fuerant praetermissa. sim.* ISID. sent. 1, 19, 16 sexta regula est de -e; -o enim est, dum rerum praeteritarum causae futuris miscuntur gestis *eqs.*). 3, 129sq. fit ista -o etiam obscurius, sicut *eqs. (affertur Luc. 17, 29sq. e Tycon., v. p. 267, 37).*

b rursus incipiendo, sc. a capite, initio quodam anteriore (unde, indicatur l. 19; in locut. abundanti l. 18. 26): **a** ita ut praetermissa addantur: TYCON. reg. 6 p. 66, 12sq. spiritus custodit -is sigillum ea subtilitate, ut continuatio magis narrationis quam -o videatur (*nisi ad aß, seq. enim p. 267, 37sq.*). AVG. civ. 15, 21 p. 104, 24 (*respic. gen. 5, 1sq.*) redditur ad istam -em (*sc. ab Adam*), postea quam commemoratus est filius Seth (*cf. p. 105, 25 aliae generationes adiciuntur, facta -e ex Adam*). quaest. hept. 1, 12 per -em (1, 20. *et saepius in eodem opere*). PRIMAS. in apoc. 16, 16 in alia -e (*sc. 20, 8*) interpretatus est locum. *al., e. g. l. 8.*

ß iterando, repetendo: TYCON. in apoc. 407 (*respic. 11, 13*) persecutionis -e (-em var. l.), quod superius (*sc. 6, 12*) dixerat, informavit apostolos. HESYCH. in lev. 11, 46 p. 921^B -e ... legislator utitur, ut norint legentes, (de quibus iam lex dixit, (*iterari dicitur deut. 14, 3sq.; cf. p. 267, 18*). FACVND. defens. 6, 5, 23 librum ... saepe repetita maledictorum -e ... horribilem.

2 usu speciali theol. recapitulantur priora, vetera, incompleta (*c. colore superandi sim. l. 32. 36*): **a** typus, lex: IREN. 4 capp. 30 quare circumcisio data est populo ... et quam ... habet -em (*spectat ad 4, 16, 1 circumcisionem non quasi consummationem iustitiae, sed in signo. de -e typi cf. p. 266, 40sq.*). DIDASC. apost. 55, 34 homines habentes ... euangelium -em et verticem legis. **b** quaelibet priora (non nisi apud IREN.): per Christum: IREN. 3, 21, 10 verbum accipiebat generationem Adae (-is, [*gen. explicat generationem. ibid.* -em A. in semetipsum faciens [*gr. τὸν ἀνακεφαλαιούμενον εἰς αὐτὸν τὸν ... ἄνθρωπον*]. ceterum *respic. Adam: 5, 12, 4 l. 93. 5, 19, 1 -em eius, quae in ligno arboris paradisi fuit, inobaudientiae per eam, quae in ligno crucis est, obaudientiam faciente domino*). 3, 23, 1 tantae dispositionis -em facientem (*gen. explic., ut vice versa: 4, 20, 8 l. 208 eius filii dei -is dispositiones*). 5, 14, 1 l. 23 -em effusionis sanguinis ab initio omnium iustorum et prophetarum in semetipsum futuram. per bestiam ultimi temporis (*sec. apoc. 13, 18*): IREN. 5, 28, 2 l. 64 numerum esse hunc ... in -em (-e var. l.) universae apostasiae eius, quae facta est in sex millibus annorum (5, 30, 1 numerus ... -em [-is, -es var. ll.] ostendit u. a. *eqs.; de numero cf. p. 266, 49*). 5, 29, 2 in bestia veniente -o fit universae iniquitatis ..., ut in ea confluens et conclusa omnis virtus apostatica in ignem ... mittatur.

***recapitulo**, -āvi, -ātum, -āre et ***recapitulor**, -ātus sum, -ārī. [*a re- et capitulum, modo verbi parasyntheti compositum; cf. Leumann, Gramm. 1977, 563sq. et infra gr. l. 59. Mei.*] depon. non nisi apud IREN., e. g. p. 266, 29. 33. 45 (*gr. ubique deest praeter 3, 22, 2, ubi resp. mediopass.*), qui idem utitur formis act. (*sc. 3, 18, 1 [gr. deest]. p. 266, 38 et 5, 1, 2 l. 58 [gr. mediopass.]. p. 266, 27 [gr. part. praes. act.] et pass. (sc. 1, 3, 4 et p. 266, 47 [gr. mediopass.] nec non 3, 21, 10 l. 237 [gr. pass.]). de notione v. p. 266, 12. 267, 2. legitur in VET. LAT. et inde a TERT., IREN. (40^{ies}) non nisi apud Christ., in versu COMM. p. 267, 23. [*confunditur in codd. c. recapitare p. 266, 54 (in var. l. REGVLA mag. 79, 9).*]*

i. q. capitulatim vel inde a capite repetere, complecti, referre sim. (*in capite quodam v. p. 266, 5; vi supplendi p. 267, 6sq., ad reminiscendum commovendi p. 267, 30; gr. resp. ἀνακεφαλαιῶν vel -οῦμαι, nisi aliud indicavimus; pendent struct. adv. l. 65. p. 266, 6. 267, 56; accedit dat. personae p. 267, 50*): **1** usu speciali theol. -antur: **a** priora, vetera, incompleta (*praevalet vis complectendi [saep e c. obi. omnia sim.], sed v. peculiararia l. 64. p. 266, 5sq.*): **a** lex vel decalogus -atur per praeceptum dilectionis, euangelium sim. (*accedit color implendi, perficiendi, superandi e. g. l. 70. 75. p. 266, 2; pendet fere in c. abl.; arcuimus p. 266, 27*): VET. LAT. Rom. 13, 9 (*cod. 77, sim. 78. al.*) 'non adulterabis, non occides ...' et si quid aliud mandatum, in verbo hoc -atur: 'diliges proximum tuum tanquam te ipsum' (*cod. 75 restauratur, 76. 89 et Vulg. instauratur*). *explicant vel varie pendent*: HIER. in Gal. 5, 13^b l. 37 (5, 14 omnis ... lex in uno sermone impletur ostendere ..., quomodo hostiae ... et ciborum vel abstinentia ... in uno caritatis praecepto -entur. in Is. 9, 30, 20 euangelium pro ... legis ... mandatis in uno verbo -vit omnia (*postea: consummatum enim et abbreviatum sermonem*). in Matth. 5, 18 quod ... praecepta legis omnia -entur in euangelio (*spectat ad 5, 17 non veni solvere legem, sed adimplere, ut: 17, 4 in quo e. lex et prophetae -andae sunt*).

DIDASC. apost. 1, 29 Iesus dicit ... in euangelio (*Matth. 5, 27sq.*) -ans et confirmans et complens decalogum legis, quoniam: in lege scriptum est 'non moechaberis'; ego autem dico vobis ... 'omnis, quicumque *eqs.*'. *al.*

ß quaelibet priora -antur per Christum, Antichristum sim. (*intelligi vid. complexio in capite quodam l. 22. 34 [cf. l. 54]; vi a capite, initio rursus incipiendi, instaurandi, renovandi sim. l. 13. 19. 20. 27. 35; pendet in c. acc. passim, c. abl. e. g. l. 15. 31. 33. 50, sub c. abl. fort. l. 48, sine tali indicatione e. g. l. 39. 43*): **①** locus cardinalis sacr. script.: VET. LAT. Eph. 1, 10 (*Tert. adv. Marc. 5, 17, 1, sim. al.*) deum -are ... omnia in Christum, quae in caelis et quae in terris (*cod. 75. al. restaurare, 64. 78 et Vulg. instaurare*). *explicant*: TERT. adv. Marc. 5, 17, 1 (*explic. versioni l. 9 inserta*) ut ita dixerim, sicut verbum illud in graeco sonat, '-are', id est ad initium redigere vel ab initio recensere. HIER. in Eph. 1, 10 p. 454^B (454^A et oratores in epilogs ... recordationem, id est ἀνακεφαλαιῶσιν, solent facere) in cruce ... domini et in passione eius -ta sunt omnia, id est universa in hac ἀνακεφαλαιώσσει supputata (*postea comparatur summa nummorum; cf. p. 454^C omnes historiae scripturarum aliaque ... in Christi -ta passione tenentur*). adv. Iovin. 1, 18 deum -are omnia et ad principium trahere in Christum *eqs.* THEOD. MOPS. in Eph. 1, 10 p. 130, 4 instauravit vel potius -vit in Christo, quasi quandam compendiosam renovationem et redintegrationem totius faciens creaturae per eum (*antea p. 264, 47*). 2, 1 p. 143, 1 Christus caput ... omnium est ..., unde et -ari omnia in Christo ... dixit (*p. 142, 14 affertur Eph. 1, 22 super omnem ecclesiam caput eum dedit*). *al.*

② ceteri loci, sc. varie pendentes; -atur: **Ⓐ** per opus salutiferum Christi, euangelium sim. (*subi. est ipse Christus praeter l. 27. 31. 40*): IREN. 3, 11, 8 l. 234 quartum testamentum ..., quod renovat hominem et -at in se omnia, quod est per euangelium (*[aliter p. 265, 64]. 3, 21, 9 l. 213 rex aeternus, qui -atur o. in se. 4, 38, 1 l. 19. al. apud eundem [e. g. l. 32]. HIER. in Ezech. 40, 5 l. 469 hic numerus ... illo consummatur, quia in Christo -antur o. [postea: et vetus et novum testamentum una Christi mensura complectitur]. 3, 16, 6 Christus omnia in semetipsum -ans; in omnibus ... est et homo ... et hominem ergo in semetipso -tus est eqs. [postea, sec. Eph. 1, 22: apponens semetipsum caput ecclesiae]. 5, 23, 2 -ans ... universum h. in se ab initio usque ad finem, -tus est et mortem eius. al.). 3, 18, 7 l. 207 hominis antiquam plasmationem (3, 21, 9 l. 215. 5, 1, 2 Adae. *sim. al.*). 4, 40, 3 l. 59 inimicitiam inter serpentem et mulierem ... in semetipsum -vit ... calcans eius caput (5, 21, 2 in semetipso. *sim. 5, 21, 1 omnia ... -ans -tus est et adversus inimicum nostrum bellum*). RVIN. Orig. in lev. 3, 5 p. 309, 6 in ipsum Christum ... omnis hostia -atur in tantum, ut, postquam 'ipse oblatus est', omnes hostiae cessaverint, quae eum in typo et 'umbra' praecesserant (*cf. p. 265, 29sq.*). HESYCH. in lev. 8, 4 p. 876^A creaturam omnem -ans sive restaurans. *al. apud IREN.**

Ⓑ per potestates sim. ultimi temporis: IREN. 5, 25, 1 diabolicam apostasiam in se -ans (*respic. Antichristus ut: 5, 25, 5 in se -atur omnem diabolicum errorem. 5, 28, 2. 5, 29, 2 l. 46 numerum nominis ... illius, in quem -atur ... omnis apostasia et iniustitia eqs. [gr. οὐγκεφαλαιούται]. Ps. ORIG. tract. 5, 29 omnis iniquitas -ta sub Antichristo regnabit*). 5, 29, 2 nomen eius bestiae habebit numerum sexcentos sexaginta sex -ans in semetipso omnem, quae fuit ante diluvium, malitiae commixtionem *eqs. (de -e in numero cf. p. 265, 44)*. *al.*

b impietates bestiae ultimi temporis, sc. in eius capite comprehensae (*in interpretatione visionis; cf. l. 44sq.*): VET. LAT. IV Esdr. 12, 25 ipsi reges vocati sunt capita aquilae; isti enim erunt, qui -bunt i. eius (-capita- var. l.).

2 usu communi: **a** vi rursus inde a capite sim. incipiendi, percurrendi (*accedit iterum p. 267, 4. 14*), sc. respicitur redditus ad narrationis sim. (*computationis p. 267, 20*) initium vel punctum antierius:

a scriptor revertitur ad supplendum vel reversus supplet praetermissa, prolata (*unde -etur, indicatur p. 267, 4. 10. 15; ceterum respic. initium l. 65. 70. p. 267, 20*): **①** absolute vel obi. subaudiendo: TERT. adv. Iud. 8, 8 (*agitur de Dan. 9, 24. 26; antea: terminum vastationis Hierusalem ... LXX hebdomadas futuras*) deus -vit et dixit intra LX et II et dimidiam ebdomadas nasci Christum. IREN. 1, 9, 2 l. 48 euangelista -ans ... de eo verbo, quod ei in principio dictum est (*Ioh. 1, 1*), insuper exponit 'et verbum caro factum est *eqs.*' (*l. 14*). TYCON. in apoc. 281 Iohannes praetermisit septimum angelum ... et -at, ut tempora ... futurae pacis ostendat; et ... ea, quae praetermiserat, coepit supplere (*in eadem re p. 267, 3*). AVG. civ. 16, 10 p. 139, 9 scriptura divina ... ad patriarcham Sem -ando revertitur et orditur inde generationes usque ad Abraham (16, 15 p. 150, 22 ad illud, quod iam transierat, -ando est reversa narratio). 20, 14 p. 440, 22 -ando dicit tamquam ad id rediens, quod praeterierat potiusve distulerat '...' (*p. 440, 28 -ando eum ad id redisse, quod intermiserat. al.*). cons. euang. 2, 78, 153 id digredientes ab ordine recolendo et -ando narrarunt. 3, 2, 5 aut illos duos euangelistas eam rem -ando posuisse aut istos prae-

occupando (*item opp.*: quaest. hept. 7, 10 aut hic per anacephalaesin dicitur aut illic per prolepsin dictum est, id est aut hic -ando aut illic p. 7, 11). CAES. AREL. in apoc. 13 p. 252, 14 Iohannes ... praetermisso septimo angelo -at ab origine breviter dicens *eqs.* p. 253, 20 -at iterum ab eadem persecutione dicens '...'. *et saepe, fere apud* AVG. ② *cum obi.* (*interrog. obliqua l. 8*) *indicante, quid praetermissum suppleatur*: TYCON. in apoc. 422 (*ad 11, 14*) ne ... illa, quae -anda fuerant, praeteriret. AVG. civ. 20, 9 p. 429, 27 -ando, quid in ... mille annis agat ecclesia (*inde sim.* PRIMAS. in apoc. 20, 4). 20, 21 p. 460, 1 *Isaias (66, 17sq.)* commemoratis ultimo iudicio damnatis ... -at ab initio gratiam novi testamenti *eqs.* cons. euang. 2, 17, 39 quod praetermiserat. *al.*

β *iterat, repetit*: ① *scriptor antea dicta (c. obi. praeter l. 14)*: IREN. 5, 33, 4 haec ... tempora prophetans Esaias ait '...' (*11, 6sq.*); et iterum -ans ait '...' ([65, 25]. PS. PRIMAS. in Rom. 2, 18 p. 424^c i. -at expositionem [sc. 2, 1]). TYCON. apoc. 114 coepit a Christi nativitate -are sermonem eadem aliter ostensurus. AVG. in euang. Ioh. 113, 6 hoc -at, quod ante iam dixerat. HESYCH. in lev. 2, 7 p. 810^A legis lator ... eorumdem rationem sacrificiorum his -at verbis '...'. *al.* ② *lector sim. antea percursa*: COMPVT. Carth. 1, 5 *cum in indice computatorio* perveneris ad vicesimum et octavum, ad primum reverteris annum, et sic usque in fine mundi -ando singulos ... paschales ... annos ... invenies adnotatos (*antea*: quibus *circulis* explicitis ad caput reverteris). COMM. instr. 1, 41, 19 -antes scripturas ... Iudaei exclamant ... sese deceptos, *sc. a falso Christo*. ARNOB. IVN. in psalm. 111 l. 1 propheta cum -ret omnem legem (*cf. II Esdr. 8, 3 legit in eo libro legis ... in platea*).

γ *qui docetur, reminiscendo revertitur ad aliquid*: COMPVT. cod. Col. prol. 5 p. 231 spero [te], -are ad numerum annorum passionis salvatoris, quod passus est *eqs.* (*sc. ad 4 p. 230^{med.} exposita; [] vix accipias obi. ut l. 32*).

δ *qui docet, ad reminiscendum commovet docendos (qui indicantur per obi. acc., si recte trad.; vix addas l. 27)*: COMPVT. cod. Col. frg. p. 241 -at Moyses filios Israel in heremo in Numeris (28, 16) dicens: 'et in mense primo *eqs.*' (*iterat exod. 12, 6. 15. 18*).

β *in completendi*: α *in locut. circumcisa, quae unum temporis spatium indicans simul alterum vel totum tempus complectitur (sec. doctrinam Tyconii, de qua v. p. 264, 68sq.)*: TYCON. reg. 6 p. 66, 15 *spiritus sanctus* aliquotiens ... sic -at: 'tunc', 'illa hora' ..., sicuti: '... illa hora qui erit in tecto et uasa eius in domo, non descendat tollere illa ...' (*Luc. 17, 29sq.*); numquid illa hora *adventus Christi ... id fiet*, et non antequam reveletur? dominus autem illa hora ... iussit ista observari, ... ut totum illud tempus ... horam esse monstraret. β *in parte scripti sim., sc. -antur iam dicta vel nota (sc. capitulatim, summatim, breviter praeter fort. l. 50. 53; cum obi. acc. [praeparante interrog. obliquam l. 48] praeter l. 45; cf. p. 265, 63sq.)*: PELAG. in Rom. 7, 25 p. 60, 14 'igitur ego ipse mente servio legi dei': -at *apostolus*, ut concludat. 9, 30 p. 80, 5 respondit ... et breviter -at quaestionem dicens 'quid ergo *eqs.*' (AVG. gest. Pelag. 35, 60 omnia b. -ando [*postea*: b. ... colligamus]. CASSIOD. inst. 2, 3, 18 illud ... -are b., quorum labore in latinum eloquium res istae pervenerint. *al.*) RVFIN. Orig. princ. 4, 4, 1 commonitionis gratia eorum, quae sparsim diximus, -are singula *eqs.* QVODV. prom. 2, 13, 24 Moyses ... populo omnem -ans legem (*sc. in deut.*). GENNAD. vir. ill. 65 -to eius libri *perditi* paucis sermonibus sensu. CONC. Narb. a. 589 p. 254 l. 12 aliquanta, quae ... sunt edita ..., ad memoriam ... -are *sc. canones e variis fontibus haus-tos*. *al.* γ *in brevi spatio temporis*: RVFIN. Orig. in Ios. 4, 4 p. 312, 17 (*multa gesta, velut transitio Iordanis, in decimam mensis primi incurrerunt*) plurima in hanc diem -ari scripturarum relatione (*sim. p. 313, 6 multa in h. d. gesta -antur*).

deriv.: recapitulatio.

Clementi.

recaptivo, -ātum, -āre. a re- et captivare. i. q. *quasi respondendo captivare*: IREN. 3, 23, 1 l. 27 *diabolus* iuste a deo -tus est, qui hominem captivum duxerat.

recarpo et **recerpo** (*sed versus rē- poscit*), -ere. a re- et carpere. i. q. *iterum carpere*: DRAC. Orest. 397 blandos recerpere somnos (*de- var. l.*). ?vi *praeverbii evanida i. q. carpere*: SCHOL. Verg. Bern. georg. 1, 390 puellae ... pensa recarpentes (*postea viderint, sed Verg. car-pentes ... viderent, ita ut de correctione falso loco inserta cogites*).

recastro, -āre. a re- et castrare. i. q. *praecidendo privare, sc. notatione castrandi laxiore (cf. excastrare vol. V 2, 1203, 64sq.)*: CHIRON 709 (*antea: si in ilia mirmix natus fuerit*) depone iumentum et desub cute eum -bis (*recest- cod. Basil.*).

recativus v. recidivus.

Holmes.

recaveo, -cāvī, -cautum, -ēre. a re- et cavere. *technice in iure i. q. cautionem reciprociproci praestare*: COD. Theod. 9, 2, 3 ex longinquo si quis est acciendus, non prius insimulanti adcommo-detur adsensus, quam ... in poenam reciproci ... -erit.

p. p. p. *neutr. recautum, -ī pro subst.* i. q. *cautio, scriptum, quod pecuniam traditam indicat; respicitur: debitum relatum*: AVG. cur. mort. 11, 13 adparuit ... pater eius in somnis et ubi esset -um, quo illa cautio vacuata fuerat, indicavit. *pecunia in usum militum exacta (sc. in capite ad rem spectante* NOVELL. Iust. et locis IVLIANI id breviantibus; non nisi plur.; *gr. ubique respondet eadem vox lat.*): NOVELL. Iust. 130, 1 -a fieri ab optionibus collatoribus pro his, quae ab his expenduntur. 130, 3 quae fit a nostris possessoribus expensa et declaratur per -a iubemus reputari eis. 130, 5 -a ... factae ab eis expensae. 130, 7 collatores ... in-demnes servari ex -orum datione. IVLIAN. epit. novell. 123, 1 apochas sive -a. 123, 3. 5. 7.

compos.: cf. *μονογεγκαντον* (vol. VIII 1428, 24).

recavus, -a, -um. a re- et cavus. i. q. *conca-vus (praeverbium abundanter ad formam introrsum recedentem spectare vid.)*: PRVD. perist. 11, 186 tabulas ... aequore levi candentes, -um quale nitet speculum. psych. 422 spiramen ut oris frangeret *saxum missum* et -o misceret labra palato (ALC. AVIT. carm. 1, 87 artatur -o ... lingua p.). PAVL. NOL. carm. 21, 462 aulas ... -is alte laquearibus ambitiosas. *neutr. pro subst.*: AVIEN. Arat. 1279 brachchia ... Andromedae ... -o redeunt maris.

recco v. rec-.

Sannicandro.

***recēdo**, -cessī, -cessum, -ere. a re- et cedere. *scribitur ri-* INSCR. christ. urb. Rom. 17461 (*a. 370*) ricies-. Année Épigr. 1966 n. 554 (*Sitifi; a. 429*). 1988 n. 677 (*christ.; e Lusitania*); *perf.* -cesit (-cisit) *sim. v. Inscr. christ. Diehl III p. 579. compendia scripturae collegit Diehl l. cit., de r. v. infra p. 275, 35.* NOT. Tir. 11, 9 -it. 11, 23 -ssit. 11, 35 sq. non -it. non -ssit. *anomala formarum ususve: praes.* -ent GREG. TVR. glor. mart. 85 p. 545, 2 PLIN. phys. Sang. p. 267 l. 24 (*cf. -et, -sset pro -it, -ssit Diehl l. cit.*); *perf.* -dit (*vix praes.*) INSCR. christ. urb. Rom. 2398 (*saec. III*). 3215 (*a. 400; cf. -det 3587. 16327*), -cecessit (*errore lapidae?*) INSCR. Année Épigr. 1992 n. 707 (*Aquileiae; saec. IV*), *fort. etiam* INSCR. christ. Gall. I 37 (*saec. IV ex. V in.*); *formae contractae* -cesti p. 269, 52, -sset p. 274, 74. *pass. impers. v. e. g. p. 269, 73. 270, 1. 271, 35sq. 276, 50sq.; part. perf.* -ssus *vi act. v. p. 280, 23. de notione*: VARRO ling. 6, 38 *praeverbiis mutatur notio*, ut ... (pro)cessit et -ssit *eqs.* CHAR. gramm. p. 410, 11 non -o ab illo. frequenter cum eo sum. adsidue agito *eqs.* (*cf. l. 25. p. 271, 45*). SYNON. Cic. p. 441, 32 redit. remeat ... regreditur. -it. pedem refert. GLOSS.¹ II Philox. RE 6 -it: *ἀναχωρεῖ, ἀποχωρεῖ*. GLOSS. II 253, 28 *ἀφίσταται*: absto, ... abscedo, discedo, ... -o. 468, 40 *ὑποχωρῶ*: -o, cedo. IV 385, 3 -it: 'facessit', absistit, desistit () fatesc-, i. -isc-, Goetz in *indice, sed v. Thomson ad GLOSS.¹ III Abstr. FA 18 facessunt: faciunt, -unt*). *sim. al. legitur inde a* PLAVTO, ENN., CATONE. [*confunditur in codd. c. aliis compos., imprimis discedere p. 272, 12. 278, 65. al. (falsa var. l. Cic. Verr. II 3, 121), secedere e. g. p. 276, 29. 50, ceterum maxime c. recidere, e. g. p. 270, 35. 279, 41 (cf. l. 28; falsa var. l. PREC. Terr. 14. al.; vix recte trad. VELL. 1, 17, 5, an etiam p. 280, 7?)*].

i. q. *retro cedere, (dis)cedere, amoveri sim. (notio praeverbii originaria illustratur p. 269, 38, cf. p. 272, 35 [de motu, qui fit tergo non verso, v. imprimis p. 270, 11. 60, de actione revertendi v. p. 270, 74. 279, 63], saepe autem minus dilucida est; haud raro significatur potius status quidam quam ipsa actio, v. imprimis p. 274, 13. 276, 20. 278, 17. 33. 280, 8; varias no-tiones deflexas distinximus p. 273, 26. 276, 23. 278, 18. 279, 69. 280, 1; part. praes. -ens usurpatur hic illic pro subst., sc. masc. p. 271, 28. 276, 9. 277, 57. 278, 6, neutr. p. 274, 31. 280, 5. 11).* *conspexu determinationum indicantium*: 1) *unde -atur: praepos.* ab PLAVT. Capt. 551 Mil. 357 CATO orat. 1. et saepissime, maxime sub II, de Cic. S. Rosc. 112 Att. 1, 20, 2. LVCR. 4, 344 (320). PAVL. FEST. p. 31. SENT. p. 271, 56. VAL. FL. 8, 374. et saepe, ex corp. Caes. p. 269, 75. 270, 2. Ov. Pont. 2, 8, 65 LIV. 22, 38, 4 MANIL. 3, 323. *al.; adv. hinc, inde sim.* PLAVT. Bacch. 579 LVCR. 3, 725. INSCR. p. 269, 63. LIV. 4, 61, 8. 24, 40, 6. *al.; abl. nudo* PLAVT. Amph. 239 Merc. 73 LVCR. 2, 1128. *al. CVLEX 226 Ov. epist. 16, 153 met. 9, 701. Liv. p. 275, 56. al. (vix Cic. p. 276, 39. 54).* *pro struct. separativa ponitur dat. p. 271, 70. 278, 55. 72. 279, 5. al., dat. rei comparatae p. 279, 20, enunt. consec. p. 278, 19, part. (sec. gr.) p. 278, 21, inf. p. 278, 34 et SERM. Rev. Bénéd. 112, 2002, 208 l. 116.* 2) *quo -atur: praepos.* ad Cic. Arat. 383 LVCR. 2, 1113 Ov. met. 1, 61 LIV. 9, 41, 14. *al. SEN. epist. 25, 7. al., contra p. 274, 41sq., extra p. 272, 6, in c. acc. ENN. ann. 89. LVCR. p. 270, 38. CAES. civ. 2, 30, 3 VERG. Aen. 2, 791. 12, 81. et saepius, e. g. p. 276, 24 sqq., pone, post p. 270, 14. 52. 53, ultra p. 271, 14. 276, 30; adv. p. 269, 45. 274, 47sq. 278, 55. al. (c. abundantia quadam: retro CELS. 7, 26, 2^G VAL. FL. 7, 582. *al., retrorsum p. 270, 66, rursus e. g. p. 272, 70, nisi vi temp.*); *acc. loci e. g. p. 270, 34.* 3) *quam longe -atur: adv. aliquantum* QVA-DRIG. hist. 36 (*cf. e. g. multum* CELS. 7, 9, 3, paululum Cic. p. red. in sen. 7, quantum NEP. Chabr. 3, 4, tantulum Cic. Caecin. 58), longe, longius Cic. Caecin. 58 LVCR. 2, 229 VERG. georg. 4, 191. *al., procul p. 269, 44. 270, 4. 271, 7. al.; subst. acc. vel abl. mensurae p. 272, 66. 274, 21. 24. 32. al.**

[Clementi]

exempla sic digerenda esse putavimus:

I proprie et in imagine:

A in universum:

1 de animantibus:

a mero fere respectu motus: **α** *vigente vi praeverbii originaria*: l. 38 (*respiciuntur cedentes aggredientibus vel sponte se vertentes* l. 40, *se recipientes in loca privata, recondita* p. 270, 27). **β** *vi praeverbii minus perspicua vel deflexa*: p. 271, 5.

b magis quam actio respicitur: **α** *effectus -endi*, sc. *obligatio inter homines sublata sim.*: p. 271, 42. **β** *condicio -entis* (sc. *victus -it sim.*): p. 272, 9.

2 de rebus: **a** *significatur actio -endi*: p. 272, 34 (*de locis, quae videntur removeri*, p. 273, 18; *notione deflexa* p. 273, 26). **b** *per speciem motus significatur status*, sc. *ubi quid positum sit* p. 274, 14, *qua forma quid positum sit* p. 274, 56.

B *circumscribitur mors*: p. 274, 72.

II translate:

A de animantibus:

1 generatim: **a** *in variis actionibus*: p. 275, 48 (*sublucet color refugii petendi* p. 276, 23). **b** *in dicendo, scribendo*: p. 276, 32.

2 speciatim: **a** *in iure*: p. 276, 63 (*declinatur ab obligatione contracta* p. 277, 10, *a munere publico* p. 277, 24). **b** *in religione Iudaeorum vel Christi*: p. 277, 33.

B de rebus:

1 notione communi: **a** *generatim*: p. 278, 38 (*praevalente respectu temporis* p. 279, 22). **b** *speciatim in iure* p. 279, 38, *in arte gramm., rhet.* p. 279, 52.

2 notione peculiari: p. 279, 63.

I proprie et in imagine (eadem fere frequentia adhibetur cum struct. separativis [v. p. 268, 54sq.] quam sine iis): **A in universum:**

1 de animantibus (de numinibus e. g. p. 270, 55, de animalibus l. 46. p. 270, 24. al.; addidimus res personatas p. 271, 12. 16, actionem pro agente p. 270, 47, partes corporis quasdam p. 270, 68 [ceteras v. sub 2, e. g. p. 273, 27. 274, 9sq.]; gentes pro earum regionibus positas v. p. 274, 43):

a mero fere respectu motus: **α** *vigente vi praeverbii originaria significatur actio retro cedendi, se retrahendi* (exempla certiora, cetera v. sub β; *disting.* discedere l. 48. p. 270, 7):

① *de iis, qui aut cavent alios appropinquantes, aggredientes, aut ipsi progressi, aggressi sim. sponte vel iussu se vertunt* (cf. et p. 270, 33):

Ⓐ *in qualibet re*: PLAVT. Bacch. 579 *puere*, adi actutum ad fores; (*puer abit*); -e hinc dierecte. Capt. 551 tu ab istoc *rabioso* procul -as. Rud. 786 iubedum -ere istos *lorarios* ... illuc ... :: immo ad te accedent (*sim.* 788). RHET. Her. 4, 48, 61 hirundines aestivo tempore praesto sunt, frigore pulsae -unt (cf. p. 271, 25). CIC. Caecin. 46 si ..., simul ac procul conspexit armatos, -isset *Caecina e praedio* (opp. discessisset; *disting.* 45 qui abierit, ... qui effugerit). de orat. 3, 17 *Cottam ad Crassum* in ... exedram venisse ... et statim -isse, *ne eum turbaret*. VERG. Aen. 12, 129 *Rutuli et Teucri passim vagantur*; ut ...

dato signo spatia in sua quisque -ssit *eqs.* CVLEX 268 *misera Eurydice*, tanto maerore -esti, *ad inferos* (Ⓙ Barth, -ssit trad.). MORET. 13. HOR. carm. 2, 19, 31 *Cerberus Bacchi ab inferis -entis* ... pedes *lambit*. OV. Ib. 237. Pont. 3, 1, 151 *ab imperatore* pete nil aliud, saevo nisi ab hoste -am. SEN. contr. 1, 2, 1 omnes quasi erepturi *virginitatem tuam* venerunt, ... omnes quasi eripuissent -erunt. 7, 7, 4 quid tam cito -is *a filio captivo?* (*ibid.* iterum; *antea*: cur tam cito reverteris?). PHAEDR. app. 19, 6 (*scrofa parturiens lupo accurrenti*) si -is longius. SEN. Ag. 904 *nece peracta* nondum -unt; ille iam exanimem petit *eqs.* epist. 54, 7 eici est inde expelli, unde invitatus -as. 116, 6 (*in imag.*) a lubrico -amus. al. CVRT. 7, 1, 14 *regem* perterritum strenue ad armigeros, qui proxime sequebantur, -isse.

al. *in titulis arcetur viator, ne violetur area sacra, sepulcrum*: INSCR. Année Épigr. 1981 n. 29 (*Romae; saec. I^a a. Chr.*) hospes hinc rec(ede) (vel -as, -at). CIL VI 28116 ab aliena memoria -e. IX 5900 lege et -e (*christ. ut*: X 4511 [a. 565; v. INSCR. christ. Diehl 884]. 7149).

Ⓑ *in bello, pugna, certamine singulari*: ① *notione communi*: ENN. ann. 589 (*contextu deficiente*) [runata] -it (sc. *cohors sim.*?) [Ⓙ explicat Paul. Fest. p. 263 proeliata]. QVADRIG. hist. 36 inde postquam aliquantum -ssit (*dux? sim. dubites, utrum huc spectet necne* 75). CIC. Phil. 5, 26 *Antonius* -at a Mutina, desinat oppugnare Brutum, decedat ex Gallia (*item -itur a loco oppugnato*: 5, 27 a Sagunto. 13, 25 [opp. manseris]. al. Liv. 4, 55, 8 ab arce Carventana, cum diu nequiquam oppugnata esset, -ssum esse. al.; cf. p. 270, 5). Att. 5, 21, 2 *Parthi* -erant ... ab Antiochia ... nullo nostro *ἐνήμερμάτι* (*in eadem re*: fam. 15, 4, 7). CAES. Gall. 5, 43, 6 centuriones ex eo, quo stabant, loco -erunt suosque omnes removerunt

(HIRT. Gall. 8, 27, 2). civ. 2, 30, 3 in castra Cornelia -endum esse. BELL. Afr. 19, 4 Petreius graviter ictus ex acie -ssit (VEG. mil. 3, 22, 2. cf. p. 272, 26). VERG. Aen. 11, 653 *Camilla*, si quando in tergum pulsa -ssit, spicula converso fugientia derigit arcu. OV. met. 12, 359 procul a telo Theseus veniente -ssit. LIV. 6, 28, 4 hostes a moenibus *urbis* -ssere (cf. 26, 10, 9 a muris [34, 28, 6 tantum a muro ..., ut extra ictum teli essent. 34, 39, 12]). 10, 33, 10 Samnites ... -erunt, diversi consules ... discedunt. 22, 38, 4 (*inde* FRONTIN. strat. 4, 1, 4; *ius iurandum militum*) sese ... formidinis ergo non abituros neque ex ordine -ssuros, nisi *eqs.* et *saepe*. *in tabula luso-*

ria de victo (cf. p. 272, 12): CIL XIV 4125, 1 idiota, -e (*item* 2). ② *significatur, qui obversus adversariis retro gradiuntur* (*disting. fugientes* l. 12. 15. 22; cf. l. 61): PLAVT. Amph. 239 *nemo fugit nec -it loco*, quin statim rem gerat. QVADRIG. hist. 10^o *Manlius adversarii humerum* ... in-

cidit neque -ssit usquam, donec subvertit. SISENNA hist. 34 post principia paulatim -unt atque inde ... fugae se mandant. BELL. Afr. 71, 1 *Caesar tironibus praecepit*, in quantulo spatio resisterent, modo procurerent modo -rent (*item in arte pugnandi*: FEST. p. 344 serra proeliari dicitur, cum assidue acceditur -iturque. VEG. mil. 1, 11, 7 *ut tiro* -ret, adsultaret, insiliret. 3, 14, 7 spatium accedendi atque -endi). VERG. Aen. 12, 291 ruit ille

rex -ens et ... oppositis a tergo involvitur aris in caput. SEN. dial. 4, 34, 5 (*in imag.*) percussit te *iratus*: -e (*antea*: pedem rettulit). CVRT. 4, 16, 6 iam non sensim, sed citato gradu -bant, nec quicquam fugae, nisi quod nondum terga verterant, deerat. VAL. FL. 7, 591 *taurus victus* tandem gravius mugire -ens incipit (*ad* p. 275, 50 *trahunt alii*). al. *cum acumine*

describitur motus aggredientis simulque caventis (cf. l. 61): STAT. Theb. 6, 773 *pugil adversario* instat gressu vultuque -it *evitans ictus*.

Ⓓ *de iis, qui ex hominum societate se recipiunt in loca privata, recondita, deserta sim.* (*in exilium* l. 33; *exempla selecta inde* a SEN. phil. los.): LVCIL. 1070 serus (sec- trad.) cum e[oj] medio ludo ac, (ac l. trad.) bene potus -ssit (cf. p. 275, 25 et PLIN. nat. 28, 26 -ente aliquo ab epulis. IVST. 12, 13, 7 e convivio). CIC. Verr. II 4, 39 *Diodorus* interea -it; abesse a domo ... maluit quam a *Verre spoliari* (cf. 41 provincia domoque caruit. *item -itur in exilium* [ut loci spectent simul ad p. 269, 41]: OV. fast. 6, 665

exilio mutant urbem Tiburque -unt *tibicines*. SEN. Herc. f. 1330 in quas impius terras -es? [-cid- var. l.; cf. 1322 ubi me recondam?]. al.; *in persecutione Christianorum*: CYPR. epist. 55, 13, 2 qui extorres et profugi -bant. 58, 4, 1 *frater* -ens et latens deserti loci solitudine. al.). LVCR. 2, 1102 *ut Iuppiter* (in) deserta -ens saeviat exercens telum. NEP. Chabr. 3, 4 *duces Athenienses* tantum se ab invidia putabant futuros, quantum a conspectu suorum -erint. VERG. Aen. 12, 81 haec ubi dicta dedit *in regia* rapidusque in tecta -ssit (OV. met. 7, 99). LIV. 9, 38, 13 consul ... tacitus ab ... legatis -ssit. SEN. clem. 1, 8, 4 prodire ... ac -ere et mutare habitum sine sensu publico. dial. 9, 3, 2 a foro ... et publico -endum est. 10, 18, 1 exerce ... te vulgo ... et in tranquillorem portum ... -e. CVRT. 7, 5, 16 ad curandum corpus -ssit (*item* 7, 11, 20). PETRON. 85, 4 cum in triclinio iaceremus, quia ... pigritiam ... -endi imposuerat hilaritas *diei festi* longior. QVINT. inst. 12, 2, 8 studia sapientiae, *i. fere qui ei student*, non iam ... in hac fori luce versantur, sed ... in conventus scholarum -erunt. TAC. dial. 9, 6 poetis ... in solitudinem -endum (sec- Schele) est. SVET. Claud. 10, 1 in diaetam quandam ... -erat. al.

Ⓔ *de aliis*: Ⓐ *qui abeunt in locum ordinis posteriorem* (cf. p. 269, 61): PLAVT. Poen. 611 pone nos -e; ... nos priores ibimus. CVRT. 10, 6, 19 *Perdiccas iussus regis anulum tollere* tamen -ssit et post eos, qui sedi erant proximi, constitit. Ⓑ *qui evanescent, postquam apparuerunt* (sc. *dei imaginesve mortuorum*): ENN. ann. 47 (*Ilia narrat somnium suum*) haec effatus pater ... repente -ssit nec sese dedit in conspectum. VERG. Aen. 2, 791 *simulacrum Creusae* tenuis ... -ssit in auras. CVLEX 384 dixit et ... tristis ... -ssit *culex mortuus*. OV. met. 9, 701 monuit thalamoque -ssit *Isis*. al. *cum acumine quodam*: APVL. met. 11, 7, 1 *his dictis* numen, *i. Isis*, ... in se -ssit (*aliter* p. 276, 12). Ⓒ *qui tergo non verso retro gradiuntur* (cf. l. 11): SEN. contr. 1, 3, 7 carnifex ... -ens impellit ream deiendam de saxo (cf. l. 25). SEN. epist. 22, 8 (*in imag.*) *occupationibus implicandam* referet pedem, non vertet terga, sed sensim -et in tutum. QVINT. inst. 11, 3, 127 *in iudicio* -ere sensim (*disting.* resiliunt). SOL. 20, 6 *alce* -ens in posteriora vestigia (Plin. nat. 8, 39 retrograditur). MACR. Sat. 7, 14, 16 si ulterius, qui intuetur, accesserit seu retrorsum -erit. Ⓓ *qui non obsequuntur ducenti, renituntur trahenti sim.* (*non nisi in imag. de partibus corporis; cf. homines renuentes* p. 276, 9): VET. LAT. psalm. 43, 19 (cod. 300, *sim. al. et VVLG.*) inique non egimus ... et non -ssit cor nostrum retro (*gr. ἀνέστη εἰς τὰ ὀπίσω*, Hier. psalt. sec. Hebr. non est conversum retro. *inde* RVFIN. Orig. in num. 8, 1 p. 53, 13). VVLG. II Esdr. 9, 29 dederunt uerum -entem et cervicem suam induraverunt. Zach. 7, 11 verterunt scapulam -entem (HIER. ad loc. l. 172 ex habitu corporis mea, *i. dei*, imperia respuentes). Ⓔ *qui revertuntur, redeunt eo, unde venerunt* (*qui color sublucet supra saepius*, e. g. l. 42. p. 269, 53. 56; cf. p. 272, 48.

50): VET. LAT. Luc. 5, 4 (cod. 2; *Iesus Simoni piscatori spe praedae decepto*) -e in altum et summittite retia (gr. ἐπανάγαγε, cod. 4. al. et Vulg. duc). FAVST. REI. grat. 1, 10 p.38, 11 (*respic. Luc. 15, 24*) filius prodigus, qui -endi contemptu mortuus fuerat, revixit desiderio revertendi.

β vi praeverbii minus perspicua vel deflexa significatur quaelibet actio (dis)cedendi (exempla selecta inde a SEN. philos.): PLAVT. Mil. 357 ego aps te procul -am. POMPON. Atell. 43 possum exorare te, ut -as a me paulisper modo? LABER. mim. 6, 1 podagricus non -ssit, (trad. solo excerpto Cauchii Char. gramm. p. 95, 25). CIC. off. 2, 29 P. Sulla a ... hasta bonorum publicandorum non -ssit. LVCR. 4, 344 (320) de speculi qua parte -as. VERG. georg. 4, 191 apes a stabulis pluvia impendente non -unt. CVLEX 226 et rure -ssit Iustitia et prior illa Fides (per prosopop. ut: Ov. Pont. 4, 3, 29 si Fortuna -at [31 haec dea]. LVCAN. 7, 433 reditura ... numquam Libertas ultra Tigrim ... -ssit. STAT. silv. 4, 8, 16 procul atra -at Invidia. al.). HOR. epist. 2, 2, 113 (in imag.) poeta tamquam censor audebit quaecumque parum splendoris habebunt ... verba movere loco, quamvis invita -ant eqs. LIV. 8, 35, 10 quotienscumque dictator ab exercitu -isset (-ssit var. l.). 21, 31, 2 Hannibal quantum a mari -isset, minus obvium fore Romanum credens (32, 9, 10). MANIL. 3, 323 cum ex illa terrarum parte media -as polum petens. PHAEDR. app. 12, 2 filius e conspectu cum patris -erat, immoderate agebat (SEN. dial. 6, 24, 2. paulo aliter p. 270, 40; cf. HIER. epist. 21, 35, 2 a patris -is aspectu). SEN. Tro. 514 procul hinc -e teque diversam amove. dial. 12, 15, 3 si non -isses a filio (2 digredi). LVCAN. 5, 795 neuter coniugum ... -ens sustinuit dixisse 'vale'. PLIN. nat. 10, 61 ciconiae abiturae congregantur ... et ceu lege praedicta die -unt; nemo vidit agmen discedentium eqs. (cf. p. 269, 46). QVINT. inst. 12 proem. 3 (in imag. de scriptore) rarus, qui tam procul a portu -isset, reperiebatur. PLIN. paneg. 86, 4 -entem ... lacrimis sequi (3 digredientem). CYPR. epist. 59, 8, 2 quominus a via recta et a certa regula non -amus (in imag. ut: VVLG. exod. 32, 8 -erunt cito de v., quam ostendisti eis [Vet. Lat. cod. 100 praevaricaverunt]). AVG. in psalm. 90, serm. 1, 4 l. 53 a v. Christi. al.). AVG. catech. rud. 26, 9 Christus non -ens a patre ... venit ad homines (in eadem re: conf. 4, 12, 19 illuc in caelum ... abscessit, unde numquam -ssit. serm. 184, 1 a patre. LEO M. serm. 22, 2 l. 34. al.). al. in opere faciendo vel delineando: VITR. 3, 5, 5 in faciendis capitulis -endum ... est ab extremo abaco in interiorem partem tantum (item impers.: 6, 8, 7, 4, 1 paululum ab eo pariete umido -atur et struatur alter tenuis distans ab eo. COLVM. 4, 16, 2 pedali ... spatio -endum [recidendus trad.] est a trunco vitis fulciendae). LEX met. Viscap. II 14 qui puteos aerarios aget, a cuniculo, qui aquam metallis subducet, -ito et ... tantos pedes utroque latere relinquo (sim. 18).

γ magis quam ipsa actio respicitur: α effectus -endi, sc. quo dirimitur societas hominum inter se obligatorum (domini et canis l. 72), vel deponitur officium quoddam, potestas sim. (exempla potiora quaedam; saepe negatum, ut significantur in officio suo perseverantes, e. g. l. 50sq. 59. p. 272, 2; cf. e. g. l. 10. p. 268, 35. 273, 51): ① -itur a locis: CIC. S. Rosc. 112 quid recipis mandatum, si ... neglecturus ... es? ... -e de medio; per alium transigam. Q. CIC. Cic. fam. 16, 27, 1 (in imag.) viri pessimi, consules designati nisi a gubernaculis -erint, naufragium imminet. CVRT. 5, 11, 2 Bessus custos verius quam comes a curru regis non -bat (per negationem de perseverantia in munere ut: COLVM. 12, 18, 4 per vindemiam ab torculari ... -endum non est. PAPIN. dig. 35, 1, 71, 2 ut a monumento testatoris ... non -at legatarius. VET. LAT. Luc. 2, 37 [cod. 2. al.] Anna non -bat a templo ieiuniis et orationibus serviens domino [gr. ἀρίστατο, cod. 4. al. = Vulg. discedebat]. al.). SENT. procos. Sard. (CIL X 7852) 11 ut de praediis ... -rent vacuumque possessionem traderent. COD. Iust. 7, 38, 1 (a. 365) de nostris possessionibus. 1, 3, 54, 7 a quo monasterio -erint. al. ② -itur ab hominibus (nonnulla in imag. adhibita vid. verguntque ad II): CIC. Planc. 99 Plancius a me exule non -ens Thessalonicam me ... perduxit (item de amicis, familiaribus: Ov. Pont. 4, 3, 7 -is, auxilio postquam scis opus esse tuo. VET. LAT. Ioh. 6, 66 [cod. 13] multi -erunt ex discipulis eius retro [gr. ἀπὸ τοῦ οὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω, cod. 2. al. et Vulg. 6, 67 abierunt retro]. VVLG. prov. 19, 7 amici procul -erunt ab eo paupere. al.). CAEL. Cic. fam. 8, 14, 2 (si) ab exercitu -erit Caesar (antea: nisi exercitum ... tradiderit). Ov. rem. 619 manat amor tectus, si non ab amante -as (item de amantibus: SEN. contr. 2, 4, 9 a patre meo meretrix non -it; paulum abest, quin noverca sit. CYPR. epist. 4, 4, 1 si ab se invicem -erint). CELS. 3, 4, 9 idoneum esse medicum, qui non multum ab aegro -it. SEN. Ag. 722 (loq. Cassandra) -e, Phoebe, iam non sum tua (item respicitur favor deorum: STAT. Theb. 2, 540 quidam hastam misit, sed audenti deus et fortuna -ssit. 10, 335. cf. p. 278, 10). PLIN. nat. 8, 142 a corpore domini occisi non -isse ... feras abigentem (canem fidelem; sim. 8, 145). QVINT. decl. 259, 21 -ere ... a marito (respicitur divortium ut: 357 them. ab ... viro. VET. LAT. I Cor. 7, 10 [Cypr. testim. capp. 3, 90. al.] uxorem a viro non -ere [disc. var. l. sec. Vulg., gr. χωρισθῆναι]. al.; absolute: IVV. 6, 365¹⁷

nubunt subitaeque -unt mulieres. AVG. bon. coniug. 3, 3. COD. Theod. 3, 16, 2 pr. [antea: discesserit]). SCAEV. dig. 33, 1, 13, 1 si ab uxore mea non -erint liberti (cf. MOD. dig. 31, 34, 4 ne a filiis testatoris ... -ret libertus). HIER. epist. 22, 34, 1 anachoretiae ... ab eo, quod procul ab hominibus -erint, nuncupantur (item de monachis sim.: EVCHER. laud. her. 31 in mundo positi, quodammodo extra mundum -unt. RVSTIC. Conc.^s I 4 p. 9, 3 in eremum ... -eras [cf. Migne gr. 78, 197^B ἀναχωρήσας]. al.; cf. p. 271, 57). al.

β condicio -entis, ut significetur, quo statu quis discedat; quod indicatur: ① per praedicat. (e. g. forma victor -ssit fere pro vicit): LVCR. 3, 997 candidatus victus tristisque -it (Ov. rem. 199. PAVL. sent. 1, 6^b, 3 [disc. var. l.]). INSCR. Année Épig. 1949 n. 82 bictus -e [in tab. lusoria; cf. CIL XI 6729, 1]. al.). VERG. Aen. 12, 630 nec numero inferior, pugnae neque honore -es. HOR. epist. 1, 16, 35 pono munus publicum, quod accipi, tristisque -o ([sec. l. II]). SEN. dial. 9, 1, 9 non peior, sed tristior). Ov. ars 1, 677 quae mulier, cum posset cogi, non tacta -ssit, ... tristis erit. INSCR. Ephem. Epigr. VIII p. 527 n. 316 (Caesaraugustae; aet. imp. Aug.?) porta Romana qui [faciunt], elares (i. hil-) -ant (l. alvi deiectionem, coitum? legunt intelleguntque alii aliter, v. e. g. Cugusi, Carm. epigr. Hisp. n. 142). SAB. Macr. Sat. 3, 6, 11 mercator a praedonibus circumventus ... repugnavit et victor -ssit (IVST. 19, 3, 7. PARIS 7, 7, 1 [Val. Max. superior discessit]). EVTR. 1, 10, 1). SEN. dial. 2, 8, 3 (in imag.) Fortuna, quotiens cum virtute sapientis congressa est, numquam par -ssit. CVRT. 6, 2, 21. PERS. 5, 88 (verba liberti) vindicta postquam meus a praetore -ssi. MART. 4, 30, 2 piscator, fuge, ne nocens -as. al. IVV. 3, 297 dicere si tempestes aliquid tacitusve -as. 6, 130. TAC. Germ. 14, 1 superstitem ... ex acie -isse. al. ② vario modo: Ov. met. 11, 216 non sine honore -ssit Telamon (CE 477, 7 semper s. lite -ssi [cf. 561, 5 s. lite fui]. adde l. 32). PLIN. epist. 8, 23, 4 Avitus descendit cupidus semper ita -bat ut melior factus. paneg. 69, 1 candidati alii cum laetitia, alii cum spe -erunt (OPTAT. 1, 27, 5 cum ingenti laude. MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 4 p. 241ⁱⁿ. cum stulti cuiusdam nomine [gr. p. 18ⁱⁿ. ἀπὸ τοῦ οὐτοῦ]). SVET. Nero 23, 3 aequiore animo ... nec sine sollicitudine.

2 de rebus (v. quae supra p. 269, 35 monuimus): α significatur actio -endi: α notione communi, sc. loco cedendi (vis praeverbii originaria q. e. retro elucet maxime l. 44sq. p. 273, 18sq., ceterum e. g. l. 64. 68. 72): ① derebus mobilibus: ② naturalibus: ③ respectu peculiari pertinet ad: sidera occidentia (cursu diurno vel annuo; aliter l. 64; cf. p. 273, 61): ENN. ann. 89 sol albus -ssit in infera noctis [ad rem v. Flores, 2002, ad l.]. LVCAN. 5, 544 orbe ... exhaustus medio languensque -ssit sol. CYPR. domin. orat. 35 l. 660 -ente ... s. ac die cessante [sim. l. 662 in imag. de Christo]. al.). CIC. Arat. 364 Arctophylax serius ... -it (cf. gr. 584 δύηται). 383 Avis ad summam caudam primasque -it pinnas (381 cedit ..., mergitur). mare perpetuo motu litora relinquens petensque (opp. passim accedere): CIC. Planc. 15 (in compar. de mobilitate suffragantium) undae comitiorum ut mare ... sic effervescunt quodam quasi aestu, ut ad alios accedant, ab aliis autem -ant. nat. deor. 2, 132 aestus maritimi ... accedentes et -entes (SEN. benef. 1, 10, 1. PLIN. nat. 1, 2, 99 [cf. 2, 212 accedere ac reciprocare]. et saepius). SEN. dial. 1, 1, 4 nudari litora pelago in se -ente (nat. 6, 7, 6 sub terra potest -ere ac resurgere p. infernum). MELA 3, 2 ut illa luna surgit ac demergitur, ita -ere atque adventare maria (SERV. auct. Aen. 1, 246. al.). al. vitem sim. crescendo se alicunde amoventem: COLVM. 3, 17, 2 surculus longius -ssit a matre et quasi ... prosluit. PLIN. nat. 17, 239 vitem a lauro averti et -ere saporemque inimicum fugere. TERT. anim. 19, 5 ut crescendo -unt, ut refugiunt plantae quaedam a parietibus! oculos non -entes, i. defixos in rem contuendam: VAL. FL. 4, 639 stant ora metu nec fessa -unt lumina diversas circum servantibus undas. ② vario respectu: LVCR. 2, 1113 corpora ... ad sua saecula -unt, umor ad umorem eqs. (2, 1128 [item 4, 860] fluere atque -ere c. rebus multa). 4, 130 quaecumque ab rebus rerum simulacra -unt (4, 737). 4, 917 vis animae partim ... foras eiecta -ssit a corpore dormientis. 6, 1042 ut a lapide hoc, i. magnete, ferri natura -at. al. CIC. nat. deor. 2, 51 stellae errantes tum abeunt (ad -var. l.), tum -unt, tum antecedunt eqs. (sim. de cursu planetarum [aliter l. 38. p. 273, 31]; 2, 102 sol modo accedens circulo aequinoctiali, tum autem -ens. VITR. 9, 2, 3 cum triduum -ssit luna ab sole. SEN. nat. 3, 26, 2 cum longius -erunt sidera a terra. al.). 2, 130 Nilus Aegyptum cum tota aestate obrutam ... tenuit, tum -it (cf. PLIN. nat. 5, 58 aquae Nili omnia detinent tardius -endo. al.). ALF. dig. 41, 1, 38 flumen ... agrum ... ambedit ..., postea rursus ... -ssit et alluvione in antiquum locum rediit (IAVOL. dig. 7, 4, 24 pr. [opp. occupavit]. POMPON. dig. 43, 20, 3, 2. cf. l. 68sq.). VERG. Aen. 2, 633 flammatae ... -unt (viam fugienti praebentes ut: SEN. benef. 3, 37, 2. secum certantes: STAT. Theb. 12, 440 ut flamma -at concurratque tamen). Ov. am. 3, 6, 44 Enipeus cedere iussit aquam: iussa -ssit aqua (SEN. Thy. 68. al.). met. 1, 61 divisi sunt venti cardinales: Eurys ad Auroram ... -ssit

eqs. MANIL. 3, 291 per quot creverat astrum Lanigeri stadia ..., tot Libra -it (cf. 275sq. quot stadiis ... surgant sidera quotque cadant). 3, 509 ut sidera in proprias vires sortesque -ant prius ab astrologo minus recte disposita. CELS. 4, 27, 1^p add. 1.85 *calculus* modo vesicae cervicem urget, modo ab ea -it (7, 26, 2^g -ssit retro). *al.*

⑥ *ceteris: a homine factis, ut moveantur*: VITR. 10, 3, 4 longius ab centro -ens ... aequipondii brevis in statera (antea: perducitur). 10, 6, 2 *regula* -ens a primo in octavum punctum lineae cuiusdam (antea: progrediens). SEN. Ag. 445 terras procul, quantum -unt vela, fugientes notat miles navigans (item de navibus: PLIN. nat. 2, 164 procul -ente navigio. 10, 114 longo naves ... cursu -unt a terra). Herc. f. 1198 sinuare nervom arcus vix -entem mihi, i. Herculi. PORPH. Hor. carm. 1, 25, 3 *ianua*, cum ... aperitur, -it a limine. *al.* *generalibus*: SEN. epist. 117, 7 si extra est, quod accidit alicui, posteaquam acciderat, -ssit; quod -ssit, motum habet et ... corpus est. AVG. in psalm. 99, 5 1.76 caecus est rebus absens ...; non rebus ipsis ... -entibus ab eo, sed defectu oculorum (opp. accedentibus rebus ad videntem).

⑦ *de locis, quae videntur removeri, eo quod relinquuntur ab iter facientibus* (sim. p. 275, 9; cf. notione communi l. 9sq.): VERG. Aen. 3, 72 provehimur portu terraeque urbesque -unt (OV. met. 8, 139, 11, 466 longius. SEN. benef. 6, 15, 6 e conspectu). VAL. FL. 2, 8 iam longa -ssit Sepias. SIL. 3, 157 pontus tellusque -ssit. STAT. Theb. 1, 549 (describitur patera caelata) Gargara desidunt Ganymedi surgenti et Troia -it (aliter p. 274, 67). PANEG. 6, 18, 3 carinis ... labentibus et ripis ... -entibus. RV. NAM. 1, 223.

⑧ *notione deflexa dicuntur -ere*: ① *quae separantur a compagine firma, a iunctura quadam*: ① *in corpore animantium; separatio fit*: ① *detrimeto naturali, morbo sim.*: LVCR. 4, 65 (perperam iteratur 4, 102) *explicare non possis*, cur illa, sc. maiora corpora, cadant magis ab rebusque -ant quam simulacra minima. CELS. 6, 13, 4 a dentibus gingivae -unt (CAEL. AVR. chron. 2, 4, 71). 6, 19, 1 -ere ab ungue caruncula ... consuevit: pterygion Graeci appellant. PLIN. nat. 22, 22 *eryngion* -entes ab ossibus carnes sanat (22, 32, 23, 78 cutem in capite ab o. -entem. *al.*). ② *vi illata variisque causis: in poesi dactylica*: OV. epist. 16, 153 ante -isset caput hoc service cruenta, quam tu de thalamis abstraherere meis (item in compar.: Pont. 2, 8, 65 caput e nostra citius service -et ..., quam eqs.). fast. 6, 708 caesa -erunt a cute membra Marsyae. LVCAN. 8, 674 trunco Pompeii cervix abscisa -ssit. in medicina: CELS. 5, 26, 24^a si ab altera parte vulneris caro magis -ssit. 6, 7, 7^a ubi crusta oleo infuso a corpore iam -it. 8, 3, 10 a parte sana -it ossis pars adusta (8, 11, 3 {a} qua p. -ssit os luxatum [opp. prorumpit]. 8, 16, 2, 8, 18). 8, 10, 7^b si ossa femoris fracti inter se -erunt (8, 20, 6). *al.* PELAGON. 257 si a locis compagine articulorum -erint (cf. Hippiatr. gr. I p. 236, 14 ὑπεξέλθου).

⑨ *in quolibet conexu*: SEN. nat. 3, 27, 9 promunturia fundamentis laborantibus a continenti -erunt die diluvii (cf. 6, 25, 2 aliquando Ossam Olympo cohaesisse, deinde terrarum motu -isse. 6, 30, 1 montes a montibus -isse et ... diruptum esse ab imo solum). COLVM. 4, 15, 3 id, quod a matre abscisum -ssit, in scrobe ponitur. PLIN. nat. 15, 113 quaedam poma statim a ligno -unt (cf. 19, 67 statim a pediculo -unt melopepones). non -ere i. q. haerere, manere (cf. p. 271, 45): PLIN. med. 1, 1, 6 (inde MARCELL. med. 1, 86) tela araneae imposita ... non -it, nisi sanet dolorem (Plin. nat. 29, 114 abscedit). MARCELL. med. 23, 76. SORAN. p. 117, 6 ut priapiscus inlitus non exinde, i. a vulnere, -at.

⑩ *quae evanescent, non iam sunt: varia*: VERG. Aen. 5, 526 volans ... arsit harundo ... tenuisque -ssit consumpta in ventos. OV. fast. 6, 413 stagna -erunt ... siccaeque nunc tellus est in foro Romano. VET. LAT. apoc. 21, 1 (Aug. civ. 20, 16, sim. cod. 74) primum caelum et terra -erunt (gr. ἀπῆλθαν, cod. 51 et Vulg. abierunt). VVLG. Iob 14, 11 si -ant aquae de mari et fluvius ... arescat. AVG. civ. 1, 12 p. 23, 12 ex ... elementorum ... sinu, quo dilapsa cadavera -erunt. lux, tenebrae, nebula sim. (cf. sidera occidentia p. 272, 38): OV. met. 1, 609 nebulas ... -ere iussit Iuno (cf. CLAUD. 10, 184 adventu Veneris pulsata -unt nubila, clarescunt ... Alpes). SEN. Thy. 892 dies -ssit (MART. 6, 42, 10 d. ... nullo tardius a loco -it quam a thermis Etrusci. *al.*). SIL. 7, 728 nox atra -ssit (COMMON. patr. 1, 13). CYPR. zel. 10 (in imag.) -erunt de pectore tuo tenebrae (lumine Christi ut: ORIG. in Matth. 16, 11 p. 509, 1. proprie: VVLG. iud. 19, 26).

⑪ *quae decrescunt, minuuntur: de orbe lunae*: OV. met. 15, 312 minimos cum luna -ssit in orbes (inde Vib. Seq. geogr. 192a luna tenuata). MANIL. 1, 528 lunam servare modum, quo crescat quoque -at (527 excedere). de tumore inguinum: PLAC. med. 1, 12 rec. a inguina, quae ante surrexerunt, ... -unt (sim. 1, 10 rec. β tumor inguinum -et).

⑫ *quae scinduntur, diruuntur sim., sc. de solo, terra (cf. eius partes praecisas l. 45sq.)*: SEN. nat. 6, 20, 6 (ex Epicuro) vitiatas et -entibus columnis, quibus pars terrae sustinetur, tremuit pondus impositum. 6, 31, 3

pavimento -ente in terrae motu (opp. compresso). LVCAN. 1, 102 (in compar.) si terra Isthmi -at, Ionium Aegaeo frangat mare. 6, 483 terrae onus percussus voce incantationis -ssit perspectumque dedit ... Olympi. VAL. FL. 7, 616 summis iam rura -ere cristis spartorum vidit Iason. STAT. Theb. 7, 794 iam ... -ssurae paulatim horrescere terrae (816 humus ... dissilit). CYPR. unit. eccl. 18 -entis soli hiatus absorbit Core aliosque (spectat ad num. 16, 32).

⑬ *quae prementi cedunt, sc. concava fiunt (cf. l. 56, p. 273, 12)*: SORAN. p. 64, 7 ut duritia alvi digito pressa -at et postmodum se recolligat (gr. p. 116, 3 εἴκων). p. 66, 9 quod venter, cum premitur, non -at (sim. p. 66, 11 in aliquantum. cf. gr. p. 117, 11sq. μηδέποτε εἴκειν ... μηδὲ κοιλαινεσθαι, Cael. Aur. gyn. 2, 41 cedere. aliter l. 68).

⑭ *per speciem motus significatur status (stirpe tam perf. quam praes.; exempla certiora)*: α *ubi quid positum sit; respicitur potius*: ① *distantia, separatio, longinquitas sim.*; -unt: ① *res variae*: CIC. Arat. 260 -ens Austrum consequitur devitans circulum solstitialem ... Virgo (cf. gr. 490 ὀλίγον φέρεται νοτιωτέρῃ). VERG. Aen. 2, 300 secreta ... Anchisae domus ... -ssit (SERV. a frequentia se removet. cf. STAT. Theb. 5, 242 lata -ssit urbe domus). MANIL. 1, 544 quantum terris atque aequare signa zodiaci -unt, tantum bina patent. 2, 355 linea trigoni magis vicina meat caeloque -it. 3, 199 quot ... ab ea luna Phoebus partes et signa -it, tot eqs. 4, 798 (in imag.) Aquarius signum Aegyptum ad tepidam Tyriasque -it (in arces) (designantur regiones ei subiectae). VITR. 3, 5, 6 ab linea, quae ... demissa erit, in interiorem partem (alia) -at unius ... partis latitudine. 9 praef. 8 altitudinis partes quattuor a perpendiculari -ant. GERM. 529 quantum a tellure -it regula zodiaci. CELS. 8, 1, 18, 8, 15, 1 si in alam delapsus est umerus, cubitus -it ab latere. *al.* ② *regiones terrae, oppida sim.*: OV. met. 8, 590 inter Echinades procul una -ssit insula (CVRT. 4, 9, 10 prospectus ... ad ea, quae p. -ssere. PLIN. epist. 5, 6, 2. *al.*). MANIL. 4, 632 Trinacria Italia (tantum praecisa) -ssit (, sc. non maiore spatio). CVRT. 4, 1, 6 oram et pleraque longius etiam a mari -entia rex ... possidebat (PLIN. nat. 4, 82 oppidum ab m. -ens xv milibus passuum. *al.*). PLIN. nat. 4, 24 Piraeus et Phalera portus ... muro -entibus Athenis iuncti sunt. VAL. FL. 5, 51 gubernatore mortuo quantum Phasis, quantum Aea -ssit! (cf. votum bellum detrectantis: STAT. Theb. 5, 745 semper, Thebe funesta, -as). CLAUD. 28, 543 turba replet omne Palatino quod pons a colle -it Mulvius. *al.*

⑮ *situs alicunde retro porrectus, sc. in longum vel in interiora: de aedificiis eorumque partibus*: CATVLL. 64, 43 sedes Peleos, quacumque opulenta -ssit regia, ... splendent auro. VITR. 6, 3, 1 a parietibus trabes -entes. PLIN. epist. 2, 17, 21 contra parietem medium cubiculi zotheca perquam eleganter -it. 5, 6, 20 contra medium fere porticum diaeta paulum -it. de regionibus terrae earumve incolis (e. g. l. 47): SEN. suas. 1, 4 in oceano nihil salutare est ...; rudis et imperfecta natura penitus -ssit. MELA 3, 72 Rubrum mare primo -entis oras aequabiliter impellit (opp. quas ripas inflexerat bis inrumpit). PLIN. nat. 3, 19 primi in ora Bastuli, post eos ... intus -entes Mentesiani, Oretani (3, 22, 5, 66 Syria, qua -it i., Damascena vocabatur. cf. 6, 24 gens Cappadocum longissime ... Ponticarum omnium introrsus -ens [inde SOL. 45, 1 = MART. CAP. 6, 690 Cappadocia ... introversus -it]. addas l. 51). 3, 20 regio Edetania ... ad Celtiberos -ens (4, 33 infra. 5, 48 introrsus ad meridiem). 4, 33 Macedonia ad Epiroticas gentes in solis occasum -ens (5, 74 oppida in Arabiam -entia. EVCHER. laud. her. 1 usque in mare magnum -entia heremi secreta, penetraveras [, pars codd. et VITA Hil. Arel. 8 l. 13, om. cett. et edd.]). AVIEN. orb. terr. 325 quantum terrarum interna -unt.

⑯ *qua forma quid positum sit, sc. sinuosa vel cavata sim. (cf. l. 8)*: regiones terrae, montes: SEN. dial. 6, 18, 5 litora in portum -entia (epist. 90, 17 loca excavata in specum -erunt. PLIN. nat. 3, 95 in tres sinus. IVST. 24, 6, 8). MELA 3, 8 ab his promunturiis in illam partem, quae -ssit, ingens flexus aperitur. 3, 14 incipiunt orae paulatim -ere et ... spatia contrahere. 3, 24 ripis ... -entibus ... ingens lacus est Rhenus. PLIN. nat. 3, 71 sinu -ente (cf. AVIEN. ora 176 qui dehiscit ... sinus, ... -it). IVV. 6, 650 mons subtrahitur clivoque latus pendente -it. AVIEN. orb. terr. 567 sinuoso ... -it caespite Peloponnesus. res variae: LVCAN. 3, 533 (respic. acies instructa) navium robur aperto oppositum pelago; lunata classe -unt ... Liburnae. QVINT. inst. 2, 17, 21 ut quaedam eminere in opere pictoris plano, quaedam -isse credamus (aliter p. 273, 23). PLIN. epist. 3, 6, 2 venter -ssit in statua senis (cf. SIDON. epist. 1, 2, 3 -ente alvo pectus excedens. aliter l. 10). APVL. met. 11, 11, 4 multum -ens spatiosa dilatione ... ansa urnulae. AVIEN. Arat. 1568 sol ora cavo similis medioque -ens orbe (cf. gr. 828 κοῖλος ἐειδόμενος).

⑰ *per imaginem abeundi circumscribitur mors animantium (quaedam vergunt ad II, maxime l. 74sq.)*: 1 -unt varia: anima, vita sim.: PLAVT. Merc. 73 postquam -sset (-ssit trad.) vita patrio corpore (VERG. Aen. 4, 705 dilapsus calor est atque in ventos v. -ssit. adde p. 275, 11).

[Clementi]

LVCR. 3, 212 *cum* animi natura animaeque -ssit. 3, 439 *cum* ... ex hominis membris ablata -ssit *anima* (3, 716. 725. Ov. met. 11, 43 in ventos. PREC. Terr. 13. ORIG. in Matth. 13, 9 p. 203, 29 a corpore [gr. *χωρίζουμένης*]. *al.*). SEN. benef. 4, 8, 1 *Stoicorum deum appellant et* Herculem, quia vis eius ..., quando ... lassata fuerit operibus editis, in ignem -ssura *sit* (*respic. ἐξ-πύρωσις mundi*; cf. p. 273, 55sq.). MOYS. Cypr. epist. 31, 3 (*de martyre*) Christum ... etsi -ente ... spiritu confiteri (POTAM. tract. 1 l. 40 C. di-vortio -entis s. a corpore. CE 662 [= INSCR. christ. urb. Rom. 1426], 2 a carne). *al.* *res, quae a moriente relinquuntur* (cf. p. 273, 18): VERG. Aen. 3, 311 si lux alma -ssit. SEN. Herc. O. 968 (*loq. Deianira*) -e, Titan, tuque ... vita. STAT. Theb. 8, 733 *Tydeus* -ere caelum ... sensit.

2 -unt ipsi morientes: **a** *indicatur unde* (quo l. 23): CIC. Tusc. 4, 40 qui ... a vita -erit (CHIRON 351 ex v. AVG. anim. 3, 9, 12 p. 369, 21 de hac v. *al.*). MART. 4, 73, 7 *quidam* a luce -ssit (CE 524, 3 [*tit. mutilus, fort. paganus*] functus ... vita felix de l. -ssi. INSCR. christ. urb. Rom. 17511 [a. 397] de hac l.). PLIN. epist. 2, 1, 11 in memoria ... versabitur, postquam ab oculis -ssit. CYPR. Demetr. 8, 2 de mundo (mortal. 6 GREG. TVR. Franc. 1, 47 p. 31, 6. *al.*). epist. 76, 7, 2 iam iamque de saeculo -ssuri *martyres* (patient. 11. INSCR. christ. urb. Rom. 1770 [*saec. III*] de secu(lo rece)ssit [*minus apte* (ce)ssit CIL VI 9150]. 13952 [a. 403]. CONSVLT. Zach. 3, 4, 11. *et saepe, maxime in titulis*). AMBR. obit. Valent. 64 de corpore (PELAG. in Phil. 1, 6 p. 389, 4 CHROMAT. serm. 21, 4. *al.*). INSCR. Colon. Galsterer² 773 in sua fata -ssit. *al.*

b exempla cetera: **a** *apud auctores:* LVCR. 3, 938 cur non ut plenus vitae conviva -is aequo animoque capis ... quietem? STAT. Theb. 7, 786 (*loq. Amphiarus inferos petiturus*) si qua -ssuro debetur gratia vati. CYPR. mortal. 20 *mortuos* non amitti, sed praemitti, -entes praecedere, ut ... navigantes solent. PEREGR. Aeth. 20, 13 qui iam -erant *sancti viri* (*opp. qui adhuc in corpore sunt*). AMBR. bon. mort. 3, 8 solvimur ... nexu ani-mae et corporis, cum -imus. epist. 5, 25, 4 si exsors -ssit baptismatis *Valentinianus*. INTERPR. cod. Theod. 4, 21, 1 sine filiis -ssit *uxor*. CONSVL. Constant. chron. I p. 240, 364 -ssit Iovianus ... die XI kalendas Mart(ias). *al.* **β** *in titulis sepulcralibus fere christ. (pagano l. 38; cf. l. 8. 14sq. 19sq. 23):* INSCR. christ. urb. Rom. 9546 (a. 290) Vibius(s) Fi-mus (recessit) VII kalendas Sept(embres) (*nisi legendum reddidit, sc. spi-ritum; sim. dubites de nota r* 19947 [a. 298]. *al.*). CIL XIII 299 (a. 347) Val(eria) Severa ... -ssit III non(as) Iul(ias) (*item indicato die*: INSCR. christ. Diehl 2827 [a. 350]. CIL IX 5300 [a. 385]. INSCR. Dessau 1264 [a. 385; *paganā*]. *et saepe*). INSCR. christ. urb. Rom. 23760 (a. 364) in pace reces(sit) (1430 [a. 366/84]. CIL X 37 [a. 391]. VIII 20643 [a. 444]. *et saepe*). 3225 (a. 407) -ssit ... in somno pacis (3587 -et [i. -it] s. p. Diehl 3181 [a. 442] in somnum paces). CIL XII 2156 (= XIII 2432) (in a)l(bis) -ssit (XIII 8483 in a. cum pace[r] -ssit). *al.*

3 -unt, qui alicui superstities sunt: SERV. Aen. 11, 97 (*e Varrone*) mortuis ... 'vale' dici, ... quod ab his -imus, eos numquam visuri.

II translate: **A** *de animantibus* (-it animus, virtus, actio *sim. pro homine* p. 276, 4. 27. 45. *al.*; *rarius sine struct. separativa, v. imprimis p. 277, 1. 11. 25. 51*): **1 generatim:** **a** *in variis actionibus:*

a *indicatur, unde -atur, vel nude ponitur* (e. g. l. 65. p. 276, 9sq.), *sc. plana vi se avertendi, declinandi sim.*: **① -itur ab actionibus, occupatio-nibus earumve instrumentis:** SISENNA hist. 97 ab armis -ere, praesidia ... deducere (CIC. S. Rosc. 16. 126 HIST. AVG. Pesc. 5, 8. cf. CIC. S. Rosc. 118 a gladio). CIC. Verr. II 3, 27 *aratores* ab opere ... non -unt (cf. PLIN. nat. 36, 31 *artifices* non ... -erunt nisi absoluto opere). off. 1, 155 *philosophi* ab augendis hominum utilitatibus ... non -erunt. HIRT. Gall. 8, 40, 1 ab oppugnatione (LIV. 33, 29, 12). LIV. 36, 18, 8 incepto irrita -issent ..., ni eqs. (38, 6, 8 ab ... i.). SEN. benef. 7, 14, 6 qui numquam ab illa *cura referendae gratiae* -ssit (QVINT. inst. 2, 12, 6 a c. docendi). epist. 84, 1 a lectionibus (non) -ssi. MART. 8, 16, 4 a (pistore, ... non -is: ... panem facis (actor pro actione). QVINT. inst. 2, 18, 4 cum ab actu, id est opera, -erunt *oratores* et contemplatione sui fruuntur. decl. 323, 14 ab obsidione (FRONTIN. strat. 3, 15, 5. *al.* **a re publica gerenda** (*sc. generaliter*; cf. p. 277, 24): CIC. off. 1, 71 qui ... graviore causa impediti a re publica -erunt. SEN. epist. 68, 2 *sapiens* non est extra rem publicam, etiam si -erit. *al.* **② -itur a variis rebus:** RHET. Her. 3, 3, 5 nullo dolore cogi, ut ab officio -atur (CIC. inv. 2, 35 off. 3, 19. HIER. chron. epist. p. 2, 15 ab interpretis ... o. cf. p. 277, 22). 3, 3, 6 nemo erit, qui censeat a virtute -endum. 4, 50, 63 a vitio naturae non -it *iactator quidam* (VAL. MAX. 6, 9, 3. SEN. dial. 6, 1, 1 te ... tam longe ab infirmitate muliebris animi quam a ceteris vitiis -isse. PLIN. epist. 9, 5, 3. cf. p. 276, 30). CIC. inv. 1, 3 a iucundissima consuetudine. 1, 84 ab errato. p. red. in sen. 7 *nonnulli magistratus* metu mortis ... paululum a mea causa -erunt. Att. 1, 20, 2 de statu nobis nostrae dignitatis non est -endum. LVCR. 1, 410 si pigris in studiis paulumve -eris ab re. 2, 229 avius a vera longe ratione -it, *qui talia credit* (cf. SEN. clem. 2, 4, 4 a vero [nat. 2, 6, 2]. FRONTIN. aq. 74, 3 a

veritate). NEP. Alc. 8, 1 a caritate patriae. VAL. MAX. 3, 8, 2 a consilii salubritate. SEN. dial. 7, 1, 1 ab ea *vita beata* longius (epist. 21, 1 retinet te huius vitae, a qua *philosophando* -ssurus es, fulgor. *aliter* p. 275, 13). 8, 7, 3 aliquando se -ssurum a voluptate *dicit Epicurus*. 9, 14, 2 *animus* -at, quan-tum potest, ab alienis et se sibi adplicet. epist. 88, 5 ab honesto. *al.*

③ -itur a personis (*subintellegendis l. 9sq.; a corde recordantis l. 18; aliter p. 275, 59; cf. p. 271, 58*): CIC. Cael. 10 consulatum petivi ...; *Caelius* numquam ad illum *competitorem* accessit, a me numquam -ssit. SEN. be-nef. 4, 40, 4 *ut gratiam referentes* instemus -entibus (*sc. renuentibus sim.*; cf. COD. Iust. 1, 3, 30, 4 *episcopus eligendus sit modestus, ita ut rogatus* -at). nat. 4 praef. 20 fugiendum ... et in se -endum est, immo etiam a se -endum (*item refl.*: epist. 25, 7 *nisi es bonus vir*, in turbam tibi a te -endum est. 99, 32 a te -isti *nimum lugens*. AVG. anim. 4, 7, 10 quasi non simus in nobis et aliquo -erimus a nobis). epist. 29, 3 *sapientia admonentis* ab his, quos desperavit, -at, non tamen cito relinquit. 104, 21 longe a vitorum exemplis -endum est (*sc. ab avaris sim.*). CVRT. 5, 11, 11 num-quam ... a popularibus suis -ssurum *Dareum*. STAT. silv. 3, 5, 55 num-quam corde -it nata tuo (*sc. memoria eius*; cf. l. 47). QVINT. inst. 11, 1, 80 *Tuberone* a partibus -isse, Ligarium ... perseverasse. *al.* *de eo, qui distat* (cf. l. 61. p. 280, 8): PANEG. 4, 1, 1 *Constantinus* tantum ultra om-nium saeculorum principes eminet, quantum a privatis ceteri principes -erunt.

β indicatur, quo -atur, ita ut subluceat fere color refugii petendi (cf. p. 277, 3): HOR. sat. 1, 1, 31 senes ut in otia tuta -ant. SEN. dial. 7, 2, 2 si umquam respirare illi *animo* et -ere in se vacaverit (9, 17, 3 [*opp. con-versatio; postea: solitudo et frequentia*]. nat. 4 praef. 20 v. l. 11. epist. 74, 29 si in se -ssit *virtus* [28 ex altiore fastigio in privatum ... subducitur]. cf. 7, 8 -e in te ipse, quantum potes. 25, 7 ad te [*postea: in te ipse secede*]. *vi locali* p. 270, 60). epist. 103, 4 in philosophiam -e (*sec- var. l.*); illa te ... proteget. PANEG. 2, 13, 1 non contentus ipse ultra vitia -isse, aliorum *vitia emendasti*. CLAUD. 15, 51 (*loq. Roma*) in gremium pacis servile -ssi.

b in dicendo, scribendo -itur: **a a re tractanda, ab exemplo, a proposito sim.**: RHET. Her. 3, 21, 34 ne, cum ab instituto nostro -issemus, ... brevitatis praeceptionis *neglegeretur*. 4, 43, 55 ne ab eadem sententia *antea prolata* -amus (CIC. Att. 12, 4, 2 in *panegyrico Catonis* si a s. eius dictis, si ab ... consiliis eius ... -am). 4, 44, 56 ab eiusdem senten-tiae non -amus exemplo (CIC. top. 32 QVINT. inst. 7, 3, 21. *al.*; cf. CIC. inv. 2, 110 ab iudiciali genere exemplorum -ere). 4, 55, 68 a rebus conse-quentibus aut circum instantibus non -imus. CIC. Sest. 55 ut (a) mea causa iam -am. de orat. 2, 292 *ut* a malo ... vitioque causae ita -am, ... ut ... dissimulatum obruatur. SEN. contr. 3 praef. 6 *Severus Cassius in dicendo* libenter ab instrumentis -bat (*sc. a commentario praeeparato*. cf. QVINT. inst. 6, 1, 42 qui a stilo non -unt. 12, 9, 17 a praeeparatis). suas. 6, 27 quo *loco libri* ego a scholasticis -ssi. VAL. MAX. 7, 4, 2 a nostris regibus. SEN. clem. 1, 5, 1 longius videtur -isse a proposito oratio mea. benef. 7, 20, 4 ab illa *nequitia* -amus, de ... *minoribus* loquamur vitiis. *al.* *poetice dicitur -ere is, de quo sermo non est* (cf. l. 18): STAT. silv. 4, 4, 25 non ego nunc vestro procul a sermone -o. **β a singulis verbis, a norma vitiove di-cendi, a variis rebus:** RHET. Her. 2, 20, 31 ab his *argumentationis* vitiis -ere. 3, 9, 17 cum ab ordine artificioso *dispositionis* -endum est (*sec-var. l.*). 4, 31, 42 ut ab usitata verborum potestate -atur *exornandi causa*. CIC. inv. 2, 4 a bene inventis alicuius *praeceptoris* -ere (*postea: ad vitia eius ... accedere*). orat. 83 *orator subtilis* si - ut in epularum apparatu - (a) magnificentia -ens non se parcum ... videri volet, eligit quibus utatur *ornamentis*. Tusc. 1, 20 ab artificio suo. 5, 76 a laqueis Stoicorum. SEN. contr. 1, 2, 23 ab omni obscenitate. QVINT. inst. 2, 10, 13 *actores comici in pronuntiatione* non procul ... a natura -unt. 3, 6, 79 a forma qualitatis. 11, 3, 58 ab his adfectibus, in quos induendus est iudex, -ere (decl. 270, 25 a paternis a. [*nisi trahas ad al.*]). 12, 10, 42 a propriis atque communibus *nominibus*. TAC. dial. 15, 3 ut longius absit (ab) *Aeschine declamator qui-dam graecus* ..., quam ... vos ipsi a Cicerone ... -istis (cf. 24, 3 ab eloquen-tia eorum antiquorum [sim. 32, 5]). *al.*

2 speciatim: **a in iure vel iudicio declinatur:** **a a lege eius-ve voluntate, a titulo iuris, a variis rebus** (a persona l. 74. p. 277, 8; *ab-solute* p. 277, 1): RHET. Her. 2, 9, 13 quam periculosum sit ab scripto -ere (CIC. inv. 2, 128. cf. 2, 132 ab eo, quod scriptum est). CIC. inv. 2, 131 vivendi rationes perturbatum iri, si semel ab legibus -ssum sit (Tull. 42 a l. Aquilia. Verr. II 3, 42 ab aequitate, ab lege, ab institutis. *al. apud eun-dem*; cf. inv. 2, 141 non ab sententia, sed ab litteris legis). Verr. II 2, 38 ut ab institutis (cf. l. 68) superiorum, ab auctoritate senatus, ab iure, omnium Siculorum ne -atur (cf. QVINT. decl. 324, 7 ab intellectu iuris). Caecin. 2 *si in iudicio a consuetudine agendi* -atur. 37 a verbis ... -is et aequitate uteris (58. 79. cf. MARCELL. dig. 32, 69 pr. a significatione verborum). Att. 6, 1, 5 ab edicto meo. SEN. contr. 1, 3, 6 (*ironice*) iam ab rea accusator -am (cf. VAL. MAX. 5, 4, 3 a patris ... accusatione. PLIN. epist. 4, 11, 12 con-

fessione sua Licinianus -ssit, sc. a causa [item absolute: 5, 13, 2]. COD. Iust. 3, 1, 14, 4 *patroni* a causa *iniqua* -ant). QVINT. decl. 313, 13. 350, 4 quo -am ab hac lege depulsus. POMPON. dig. 32, 18 a priore testamento ... -i, si posterius valiturum sit (cf. l. 8sq. et SCAEV. dig. 34, 1, 18 pr. ab his, quae testamento ... legata essent). COD. Iust. 7, 59, 1 (a. 211) desideras -i a confessione tua. VLP. dig. 27, 2, 1, 1 in *pupillis educandis* nonnumquam a voluntate patris -it praetor (COD. Iust. 6, 37, 23, 1 *testatorem* -isse ... a priore v. INST. Iust. 2, 25, 1). 34, 4, 7 a primo *legatario* (ibid. iterum). 41, 2, 34 pr. sub condicione -ssit de possessione. frg. Vat. 75, 3 Papinianus ... ab ea *sententia Iuliani* -it. al. **β** ab *obligatione contracta, a persona, cui quis obligatus est (quod e contextu intellegendum est l. 16. 21. 23; cf. vi propria vigente p. 271, 73sq.)*: QVINT. decl. 361, 1 ego ... a te, qui *depositum furto amiseras*, -ssi ...; iam cum fure mihi negotium est. NERAT. dig. 2, 14, 58 ab *emptione venditione locatione conductione* ceterisque similibus obligationibus (COD. Iust. 4, 45, 1 [a. 238/44]. al.). TAB. cer. Dac. (CIL III p. 948) 10, 6 (a. 164) si invito condu(c)tore -ere aut cessare voluer(it) *locator*. COD. Iust. 2, 55, 1 (a. 213) a placitis (al., v. vol. X I, 2272, 72sq.). VLP. dig. 13, 7, 24 pr. a contractu -ssum esse (PAVL. dig. 18, 1, 72 pr. a priore c. COD. Iust. 4, 44, 3 [a. 293] de c. venditionis. 4, 65, 21 [a. 293]). 45, 1, 43 a *persona arbitri*. PAVL. dig. 17, 2, 65, 6 si *societatis* tempus finitum est, liberum est -ere (cf. 17, 2, 65, 15 a societate). COD. Theod. 9, 43, 1, 2 (= Iust. 9, 51, 13, 2) ab officio *tutoris*. INTERPR. Gai 25 si non abstinerint ab *hereditate*, ... -ere postea ... non possunt (cf. 29 ab hereditate). al. **γ** a *munere publico, a militia, a condicione coloni sim. (absolute praeter l. 28; cf. p. 275, 62)*: PAP. mil. Fink 63 col. I 20 (a. 105?) qua die recesser(unt) *milites* (sc. *stipendiis emeritis sim.?* cf. 35 (ac)cesse-runt). COD. Theod. 6, 30, 22 completo anno -ere eos *mittendarios* subituris eundem locum sequentibus praecipimus. 8, 1, 15 ab ... officii consortio (11, 24, 1 quorum *vicanorum* c. -erunt *coloni quidam*). 12, 1, 115 qui -entium *decurionum* praesentiam personamque restituant in publicis muneribus subeundis. Iust. 12, 19, 13, 1 exeuntibus singulis *adiutoribus quaestoris* ac -entibus. al.

δ in *religione Iudaeorum vel Christ. declinatur*: **α** a *deo, a vera fide, ab ecclesia sim.*: *indicatur, unde -atur*: VET. LAT. deut. 32, 15 (cod. 100. al. = VVLG.) *populus* dereliquit deum ... et -ssit a deo ([gr. ἀπέστη]. CYPR. patient. 19. NOVATIAN. trin. 4, 2 nisi a bono d. -isset *homo*. TYCON. reg. 4 p. 33, 30 *mundus* a d. -erat. et *saepe*). I Tim. 4, 1 (cod. 75. al.) in novissimis temporibus -ent quidam a fide ([gr. ἀποστήσονται, Vulg. discedent]. TERT. l. 40. LVCIF. Athan. 2, 22 l. 32 ab apostolica f. FILASTR. 29, 3. al.). TERT. carn. 4, 2 *Marcion*, ab ecclesia et fide Christi -isti (CYPR. epist. 3, 3, 2 de e. [43, 5, 1 unit. eccl. 8. al.]. AVG. serm. 273, 2 ab illa e. *catholica*. al.; *aliter* p. 278, 24). CYPR. domin. orat. 25 Salomone peccante et a praeceptis atque a viis domini -ente ([cf. p. 271, 29 sqq.]. epist. 63, 10, 3 ab euangelicis ... p. AMBR. epist. 6, 27, 16. al.). epist. 59, 7, 3 eos, qui a Christo -erint, ... perire ([postea: discedere]. AVG. in psalm. 29, enarr. 2, 9 l. 15 ut cor ... non -at a C. al.). zel. 11 *peccator* -ens ... a Christi lumine (HIER. epist. 21, 8, 2 a vero l. PELAG. in Rom. 1, 21 p. 15, 3 cor -ens a l. veritatis. al.). FILASTR. 48, 1 *Tatianus* -ssit a veritate (AVG. in psalm. 66, 5 l. 12. al.). VVLG. Ios. 22, 16 cur reliquistis dominum ... a cultu illius -entes (AVG. civ. 10, 14 p. 425, 4). *sim. saepe. absolute de apostatis sim.*: VET. LAT. num. 31, 16 (Aug. quaest. hept. 4, 63) -ere ... et despiciere verbum domini (gr. τοῦ ἀποστήσαι, cod. 104 discedendi, Vulg. praevanicari). II Ioh. 9 (cod. 67. al.) qui -it et non permanet in doctrina Christi (gr. παραβαίων, var. l. προάγων, unde Vulg. praecedit). CYPR. testim. 3, 86 etiamsi in una fide ... permaneat, qui -it *schismaticus*. HIER. in Ezech. 20, 8^a l. 1022 draco in Iob volumine ἀποστάτης, praevanicator et -ens appellatur (cf. *interpr. Iob 26, 13* draconem desertorem). AVG. in psalm. 90, serm. 2, 1 l. 53 eos, qui -sserant. CONC.^s I 2 p. 86, 35 (item I 3 p. 171, 7) qui cum Nestorio -erant (gr. I I, 3 p. 7, 21 τῶν ... συναποστατησάντων). al.

β ab *iniquitate, errore, haeresi sim. vel ab animantibus iniquis, errantibus sim. (quod non indicatur l. 71. p. 278, 6)*: VET. LAT. Tob. 4, 21 (cod. 109. al., *sim.* VVLG. 4, 23) si -eris ab omni peccato et bene egeris ([gr. ἀποστήξ]. VVLG. IV reg. 10, 29 [Vet. Lat. cod. 115 discessit]. AVG. civ. 21, 27 p. 549, 8. al.). II Thess. 3, 6 (Cypr. epist. 59, 20, 2. al.) ut -atis ab omnibus fratribus ambulantes inordinate (gr. στέλλεσθαι ... ἀπό, Vulg. ut subtrahatis vos. cf. e. g. CYPR. epist. 51, 1, 2 a desertoribus ... -isse, proditores fidei ... reliquisse. unit. eccl. 23 -endum est a delinquentibus vel immo fugiendum. LVCIF. non conv. 10 l. 99 a vobis sacrilegis). CYPR. epist. 41, 2, 1 ab errore temerario (COMM. apol. 14). 59, 14, 2 *schismatici*, si displicet *scelus* et -unt, sciunt quo revertantur (cf. OPTAT. 7, 5, 6 ab schismate -entes). hab. virg. 4 quae ... a carnali concupiscentia -entes ... se deo voverint. PS. HIL. libell. 1 p. 71, 14 ut ab idolis et ab omnibus voluptatibus hominum ... -ant *gentiles* (FILASTR. 141, 4 VVLG. Ezech. 14, 6. al.). HIER. epist. 51, 3, 3 -e ab haeresi Origenis (cf. e. g. AVG. grat.

Christ. 41, 45 p. 158, 25 ab illo ... suo ... dogmate non -it *Pelagius*. CONC.^s I 3 vers. Tur. p. 116, 29 a corrupta ... doctrina [gr. I I, 3 p. 48, 1 ἀποστάν-τες]). psalt. sec. Hebr. 33, 15 -e a malo ([Vet. Lat. cod. 300 declina, Vulg. deverte]. VVLG. Iob 1, 1 *vir* timens deum et -ens a m. [Hier. *interpr. Iob* abstinens se]. al.). VICTRIC. 11 l. 38 nulla est interrogatio disceptantis, et sequitur promissio -entis, (sc. a malo, i. paenitentis, ni fallimur; antea: crimina confitentium). al.

γ a *variis rebus (saepe actionibus; a personis l. 10. 14; absolute ponitur l. 29)*: **①** -it *deus, diabolus*: VET. LAT. iud. 16, 20 (cod. 100, *sim.* VVLG.) dominus -ssit ab illo *Samson*, sc. *crinibus rasis* (gr. ἀπέστη. cf. e. g., nisi sec. p. 271, 70 agnoscere malis vim localem, VVLG. I reg. 28, 15 deus -ssit a me et exaudire me noluit). TERT. apol. 21, 13 *filius dei* a matrice non -ssit, sed excessit; iste igitur dei radius eqs. AMBR. paenit. 1, 5, 24 *lapsi* cesserunt quidem ... temptationi, sed etiam diabolus postea -ssit ab his, quos sibi vindicare non potuit. AVG. in euang. Ioh. 39, 4 l. 14 *sancta trinitas explicari non potest*; deus nec -it, a numero nec capitur numero ([cf. de statu eius, qui expers est numeri]. al. accedit struct. verbalis loco struct. separativae, ita ut subluceat notio cessandi, desinendi: EVSEB. EMES. serm. 19, 19 neque vos cessastis ab idolis, neque deus -ssit, ut non vobis faceret bene. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 298 (loq. Moses) *deus et ego* non ... pro vobis -imus operantes (gr. οὐκ ἂν ἀποσταίμεν κείμενους. cf. vi locali p. 271, 54). **②** -unt *homines*: TERT. monog. 12, 7 tu, qui *monogamiam tollis*, -e et a reliquis tuis titulis disciplinae (sc. a sobrietate eqs. sec. I Tim. 3, 2sq.). CYPR. epist. 1, 1, 2 *clerici* ab ecclesia -ere et ad terrenos ... actus vacare non possunt (sec. II Tim. 2, 4 ut ibid.: ut ab altari et sacrificiis non -ant. *aliter* p. 277, 40). 26, 2 *coepiscopis* placere ..., quod statuimus, nec ab eo -endum esse (cf. 64, 1, 1 -ssum esse a decreti nostri auctoritate). OPTAT. 1, 3, 1 -ere a timore dei non possumus. HIER. vir. ill. 69, 4 si invitus ... ordinatus es, probabis, cum volens -eris (sc. a ministerio tuo; cf. p. 277, 24). AVG. civ. 14, 27 p. 56, 1 ab ... divinae gratiae beneficiis ... -ere. CONC. Carth. a. 419 p. 110 l. 304 (inde Hipp. a. 427 p. 251 l. 39) *ne clerici* ministrent in gradu suo, unde -ere noluerunt. al. *perf.* -ssit c. inf. de statu averso eius, qui non vult: CONC.^s I 3 vers. Tur. p. 42, 11 *Nestorius* in tanto -ssit velle veritatis dogmata sequi, ut eqs. (gr. I I, 1 p. 97, 14 ἀπέσχε τοῦ θέλειν).

δ de *rebus* (cf. p. 275, 46): **1** *notione communi (sine struct. separativa imprimis l. 49. 64. p. 279, 22, ceterum e. g. p. 279, 15sq. 59)*:

a *generatim*: **α** *vario respectu de iis*: **①** *quaecumque -unt ab animantibus*: **α** *affectiones qualitatesve animi vel corporis proprii, actiones propriae sim.*: **①** *sine indicatione, unde -atur (ita ut hic illic fort. de notione q. e. minui, leniorem fieri [v. 2b] cogitare possis, sed v. quae disting. infra l. 46. 47)*: CATO orat. 55 (de amore et cupidine) accessit ilico alter, ubi alter -ssit. OV. met. 12, 36 ubi ... lenita est ... Diana et pariter Phoebe, pariter maris ira -ssit. VELL. 2, 62, 1 ut -ssit metus *Antonius fugato*. CELS. 2, 17, 5 cum aut ex toto -ssit accessio, aut ... certe lenita est (item de morbis sim.: CAEL. AVR. acut. 2, 33, 173 febris. chron. 1, 4, 80 passio. SORAN. p. 102, 11 et dolor minuitur et fervor -ssit. et *saepe*). SEN. Herc. O. 307 -it animus et ponit minas, iam cessat ira (Thy. 324. epist. 85, 16 *timidus* cunctanter exhibit et a. -ente. STAT. Theb. 8, 521 vires a. que). epist. 90, 19 -ssit ... naturalis modus desideria ope necessaria finiens. LVCAN. 7, 688 spes numquam implenda -ssit. STAT. Theb. 11, 674 senium. PLIN. paneg. 2, 2 abeant ac -ant voces illae, quas metus exprimebat. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 25 p. 219, 30 *adfectio* subito ... nascebatur mox -ssura. al. **②** *indicatur, a quo (cui l. 55) -atur*: VERG. Aen. 2, 595 (*Venus filio*) quid furis aut quonam nostri tibi cura -ssit? OCTAVIA 553 -at a te ... amor (CLAUD. 19, 34). PS. SEN. mon. 166 *innocentia* invita ab eo -it (cedit var. l.), cum quo diu fuit. SIL. 4, 328 trepida ... a mente -it ... pudor. VET. LAT. Iudith 13, 19 (cod. 151) non -et laus tua de corde hominum ([gr. ἀποστήσεται, cod. 109. al. discedet, VVLG. 13, 25 de ore]. AVG. in psalm. 54, 2 a corde et ore). Dan. 2, 5 (cod. 177, *sim.* VVLG.) sermo, quo meum somnium narrare volui, a me -ssit (gr. ἀπέστη. *sim.* VVLG. Dan. 2, 8 [Vet. Lat. cod. 177 abisse]). AVG. in euang. Ioh. 21, 4 prout aliquis se vertit, videre ... accedit illi et -it ab illo eqs. al.

β *condiciones externae, res variae (absolute praeter l. 70. 72 sqq.)*: RHET. Her. 4, 17, 24 *amicus* deseritur, cum ab eo -ssit (disc- var. l.) ea res, i. *fortuna*. VERG. Aen. 3, 53 ut opes fractae sunt Teucrum et fortuna -ssit ([nisi ad p. 271, 12]. SEN. dial. 7, 20, 3 f. nec venientem sentiam nec -entem). OV. met. 12, 36 maris ira (v. l. 44). SEN. dial. 6, 10, 3 *animus liberos, bona, honores* amet ut -ssura, immo tamquam -entia. 7, 4, 3 vilis turba rerum ... veniens ac -ens. 7, 22, 5 si illae *divitiae* a te -erint. LVCAN. 4, 409 si sola -at ... fames. MART. 3, 7, 5 sportulae -erunt. EPITAPH. All. Potest. (CE 1988) 15 lana cui e manibus numquam sine causa -ssit. CYPR. elem. 13 -ente inde, i. ab animo tuo, lumine veritatis. epist. 13, 2, 2 -ente ab his *regibus Iudaeorum* disciplina dominica -ssit et gratia (inde LVCIF. Athan. 1, 37 l. 46). HIL. hymn. 2, 37 terror -at mortis tandem.

PS. AMBR. laps. virg. 44 -ssit sonus hymnorum ... et successit stridor dentium. CLAUD. 8, 616 tristis condicio *servilis* pulsata fronte -it. *al.*

② *quaecumque -unt a rebus (simul etiam ab animantibus l. 14sq.)*: CIC. off. 1, 131 ne animi motus a natura -ant (cf. SEN. epist. 92, 3 voluntas ... intenta rationi nec umquam ab illa -ens). VERG. Aen. 11, 70 cui *flori* neque fulgor adhuc nec dum sua forma -ssit (*item respicitur species externa*: STAT. Theb. 4, 336 dum ... vultus *fili pubescentis* ... -unt ore *matris*. TERT. adv. Hermog. 40, 3 *fabricata* a forma eius *materiae rudis* ... -erunt. CLAUD. rapt. Pros. 2, 146 a *galea sertis cincta* horror ... -ssit Martius). SEN. epist. 90, 3 ab hac *philosophia* numquam -it religio, pietas *eqs.* AVSON. 27, 14^b (396 S.), 30 duc ... octonas quater, hinc duae -ant, *ut fiant triginta (paulo aliter de numero*: BOETH. arithm. 2, 28, 3 1.28 a quantitate sua is, quem *unitas* multiplicat, numerus non -it. mus. 2, 8 p. 236, 14 ab unitate). POMP. gramm. V 201, 11 illud dicitur accidens, quod potest et -ere, (*trad.*, recidere editur; sed cf. *similes definitiones* BOETH. in herm. comm. sec. 5, 11 p. 367, 24 ut veniant et -ant *accidentia*. CASSIOD. inst. 2, 3, 8 accidens est, quod accedit et -it praeter subiecti corruptionem [sec. Boeth. Porph. isag. p. 12, 24 quod adest et abest]). *al.* -unt, *quae minoris aestimantur, alicui posthabentur*: CLAUD. 15, 240 (*ironice*) egregius morum est *Gildo* ... et cuius meritis pietas *fratrum imperatorum* infracta -at.

β *praevalente respectu temporis (cf. l. 74; sine struct. separativa praeter l. 24. 30. 37)*: ① *quod praeterit*: CATO orat. 1 si quid vos per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito -et, bene factum a vobis, dum vivitis, non abscedet (*postea*: abibit ..., manebit). CIC. Cluent. 80 causa ... manet eadem ..., temporis iniquitas atque invidia -ssit. HOR. ars 176 multa ferunt anni venientes commoda secum, multa -entes adimunt (PS. CYPR. idol. 2 a. incipientem ... et -entem). SEN. dial. 10, 3, 3 quotus quisque dies, ut destinaveras, -erit (cess- *Castiglioni*). VET. LAT. num. 14, 9 (cod. 100) -ssit ... tempus ab illis *incolis* ([gr. ἀφ᾽ ὧν ... ὁ καιρός, VVLG. -ssit ... omne praesidium]. BOETH. in herm. comm. sec. 2, 6 p. 128, 25). Sirach 39, 13 non -et memoria eius *scribae timentis deum* (gr. 39, 9 ἀποστήσεται). NOVELL. Iust. 78 epil. quod ... -ssit, non perscrutamur (gr. τὸ ... φθάσαν, *Julian. epit. novell.* 72, 6 in praeterito tempore). ② *quod subtrahitur alicui rei*: MANIL. 3, 557 modo deest aliis temporis *spatiis, e. g. mensibus*, modo adest vicibusque -it aut redit ... tempus. CLAUD. 17, 64 vitae *tuae* pars nulla perit; quodcumque -it litibus, incumbit studiis.

β *speciatim*: α *in iure, iudicio (cf. p. 276, 63. 280, 18sq.)*: CIC. Quinct. 38 cum res ab eo, quicum contraxisset, -isset et ad heredem pervenisset. 67 qua ratione res, sc. *causa*, ab usitata consuetudine *litigandi* -ret (-cid- var. l.). POMPON. dig. 35, 1, 105 proprietates a priore legatario non -it. VLP. dig. 13, 1, 10, 2 donec ... dominium eius rei ab eo *domino* -at (41, 1, 35). PAVL. dig. 39, 3, 9 pr. sive remanserit penes emptorem sive -erit *praedium*. PANEG. 7, 12, 4 *Maximiane*, non ... a te -ssit imperium *eqs.* COD. Theod. 7, 6, 1 (= 12, 6, 4) ut creationis periculum, sc. *eligendi susceptoris vestium*, a proconsulari officio non -at. Iust. 6, 33, 3 pr. vicesima hereditatis a nostra -ssit re publica (cf. INST. Iust. 4, 1, 4 praefatae actiones ab usu communi -erunt [*antea*: in desuetudinem abierunt]. *sim. al.*). *al.* ? *de pecunia, quae a tributariis proficiscitur in fisco* (cf. l. 64): NOVELL. Valent. 13, 2 quinta *pars* ..., quae in *privilegiis*, domus pietatis nostrae ... -it, superfundatur cunctis possessoribus (i. *abl. pro acc.*? resedit vel res cedit *temptant* alii). β *in arte gramm., rhet. (cf. p. 276, 32. 280, 14 sq.)*: CIC. off. 1, 37 nomen *hostis* a 'peregrino' ... -ssit et proprie in eo, 'qui arma contra ferret', remansit (*vice versa*: TERT. adv. Hermog. 25, 3 a cuius habitu quid divertit, *ut testa ab argilla*, pariter et a vocatu eius -it appellationis ... proprietate). PAVL. FEST. p. 152 *verbum 'multifacere'* ab usu -ssit (SERV. Aen. 10, 377 'haec obex', quod ... hodie de u. -ssit. cf. p. 280, 15 et e. g. p. 271, 16. 276, 51). SEN. dial. 11, 11, 5 ut, quamvis structura illorum *versuum epicorum in paraphrasi* -erit, permaneat tamen gratia. QVINT. inst. 1, 5, 29 separata ... haec *verba, e. g. 'circum litora'*, a praecepto nostro *acuendi* non -ent. VEL. gramm. VII 52, 24 *h littera* accedens aut -ens immutat significationem *verborum. al.*

2 *notione peculiari dicitur -ere*: α *quod redit, revertitur (cf. p. 270, 74)*: *pecunia creditori a debitore reddita*: CIC. Att. 12, 21, 2 rationes meas nosti; si vero etiam a Faberio (aliquid), -it, *horti facile comparari possunt* (i. *add. vulgo, fort. e cod. deperdito*; agnoscasne ellipsin in *sermone epistulari*?). *passio recidiva*: SORAN. p. 59, 19 praefocatio *matricis* cum -erit et ... effecta fuerit *chronia (om. gr. p. 110, 23)*.

β *quod minuitur, decrescit (cf. p. 273, 66. 278, 41)*: *sec. vim, praestantiam*: LVCR. 5, 413 ubi vis *aquarum, quae obruerant urbes*, ... *aversa* -ssit (*loco gemino* 5, 409 cadunt vires *ignium*). VELL. 1, 17, 6 difficilis ... in perfecto mora est naturaliterque quod procedere non potest -it. CASSIAN. conl. 6, 14, 3 desinens proficiendi appetitus non aberit a periculo -endi. *sec. spatium temporis*: MANIL. 3, 240 sicut summa dierum vertitur, et partes, *i. horae*, surgunt rursusque -unt ('*crescunt rursusque mi-*

nuuntur' Housman ad l.). c *quod cedit in novam condicionem (cf. vol. III 731, 38sq.)*, ita ut: *vertatur in aliam formam (cf. p. 273, 69. 274, 57sq.)*: OV. fast. 5, 12 post chaos ut primum data sunt tria corpora mundo, sc. *terra mare caelum*, inque novas species omne -ssit opus. QVINT. inst. 10, 5, 12 haec recta ... et in nullos flexus -entia (sc. *sententias quasdam*). *patiatur aliquid*: IOH. MAXENT. Conc.⁵ IV 2 p. 40, 10 unum, *i. unitas*, ... non potest in divisionem numeri ... -ere ('an recidere' Bulhart in *schedis nostris coll. p. 40, 7* in divisionem cadit). d *quod ab alio distat, differt (certiora; addidimus exempla stirpis perf.; cf. p. 276, 20)*: SEN. epist. 88, 42 philosophi quantum habent supervacui, quantum ab usu -entis. 117, 19 ista, e. g. *quaestiones naturales*, iam a formatione morum -erunt, sed levant animum. LVCAN. 9, 1056 quisquis te, *Caesar*, flere coegit impetus, a vera longe pietate -ssit. QVINT. inst. 2, 13, 11 a consuetudine *loquendi* vulgari -erunt *figurae* (9, 2, 1 quae ab illo simplici modo indicandi -unt. cf. 10, 1, 44 tenuia et quae minimum ab usu cotidiano -ant). 5, 12, 17 *declamationes* ab illa vera imagine orandi -erunt atque ... nervis carent. 12, 2, 6 non alia vitae secta *quam philosophorum* longius ... ab omni munere oratoris -ssit. VLP. dig. 1, 1, 4 *ius gentium* a naturali -ere (*sim.* 1, 1, 6 pr.). CONC.⁵ I 5 p. 260, 9 dividi ... ab invicem et omnimodo -ere *naturas hominis et dei in Christo (p. 148, 29 a sese seiunctas esse, gr. I 1, 6 p. 118, 18 ἀποφοιτᾶν)*. BOETH. mus. 3, 14 p. 294, 17 ab ... A termino numerus P (quinque) tonis ac semitonis duobus -ssit. *Clementi.*

part. perf. recessus, -a, -um *vi activa (cf. e. g. processus, decesus)*. [ab -a, sc. *aqua (cf. infra 2c)*: dalm. rekesa 'mare recedens' (cf. *eadem notione cambr. reges, hisp. (Álava) recesa 'stagnum'*. cf. *M.-L. 7113a. Wartburg X 143. Schd.-Cr.*] [e *coni. minus certa*: GLOSS. -o (-u *cod.*) loco: inferiori loco (*fort. recessu*: loco interiore [loco]).]

1 *adi., i. qui recessit, sc. remotus vel retro porrectus*: *compar.*: VITR. 5, 7, 2 ampliore habent orchestram Graeci et scaenam -iorem. *posit.*: GLOSS.¹ II Abav. IN 133^a inferior: infirmus ... vel (interior:) -us (*suppl. ed. sec. RE 14* recessus: locus interior secretus. *eodem errore*: V Aa R 84 -us: interior [inf- *trad.*]. cf. l. 26. 42). I Ansil. RE 105 -us: recedens.

2 *neutr. recessum pro subst. (nisi heteroclitice a 2. recessus; sunt qui agnoscant fem. sing. -a pro neutr. plur. infra)*: α *de pecunia, quae recedit (sc. expenditur, de summa quadam deducitur (cf. p. 279, 49))*: PAP. mil. Fink 73 frg. a col. I 26 (*saec. II; antea enumerantur debita*) (*turmae*) (sunt re)cessa (denarii) tot (*suppl. sec. II 19*). II 1 -a depositorum. β *de loco retro porrecto: de area sepulcri*: CIL VI 38038^b (*saec. II*) a pariete monument(i) -um latum p(edes) VI, long(um) p(edes) VIII. ? *de quolibet recessu*: GLOSS.¹ V Aa R 85 reces(s)is: recessibus, secretis interioribus, (*pertinet ad I, ut vid.*). c *de actione recedendi (respiciuntur aestus maritimi; opp. accessa passim)*: ITIN. Burdig. p. 549, 9 per quem *fluvium* facit mare Oceanum accessa et -a per leugas plus minus centum (FAST. Vind. II chron. I p. 295, 478 maris [*nom., v. vol. VIII 377, 55sq.*] accessa -a fecit per omne litus [*aliter Vind. I, v. vol. I 284, 36sq.*]). Anton. Plac. rec. A 41, 7 *culfus (i. colpus)* ..., qui accessa -a habet. d *de loco, quo quis recedit ad ventrem evacuandum*: GLOSS. II 239, 37 ἀπόπατος: culina, -um.

3 *de fem. recessa pro subst. v. l. 35*.

[adv. *recessē* vix agnoscendum videtur VISIO Pauli rec. P 31 -e a lacum (Acerosium l. *pars edd. sec. rec. E et A*; -e a locis *James*, -e a lacu *Carozzi*).]

adv. *recessim*. GLOSS. -m: ἐπὶ πόδα. i. q. *retro cedendo*: PLAVT. Amph. 1112 angues ... pergunt ad cunas citi; ego cunas -m (-um *trad.*) rursus vorsum trahere. Cas. 443 -m (retrovorsum *Non.*) cedam ad parietem, imitabor nepam. CHALC. transl. p. 45^a divina mens ire ulterius *corpus animantium* mage quam -m voluit moveri ([gr. *paulo aliter; cf. ὀπισθεν*]). comm. 235 [opp. progredi].

deriv.: recessio, recessor, 2. recessus (-ūs).

compos.: irrecessibilis.

cf. *Onom.* (Recessa).

[*reccelliclūn(i)ās* affertur in lexicis vet. e lect. nullius fidei Pii ad Plaut. Poen. 266 (cf. Ceccarelli, Riv. Fil. Class. 127, 1999, 306sq.); in posterioribus ed. lex. Calepini, qui verbis adnot. Pii usus est, falso tribuitur Festo.]

recello, -ere, -culi (-culsi). [a re- et -cellere; verbo subest radix *kel₂- 'ferire, pulsare', cf. gr. ἀποκλᾶς 'frangens', lituan. kálti, kalù 'ferire, ferio', slavon. vet. klati 'necare'. v. Walde-Hofmann I 226; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 105. Mei.] NOT. Tir. 71, 77 -culit (*post per-*, ut 71, 79 -culsit). [*falso legitur PRVD. cath. 9, 74 obice mortis extrorsum -so (sic ed. Bergman e cod. B, qui tamen sec. ed. Cunningham revviso habebat; cf. Thraede, Gnomon 40, 1968, 682).*]

indicatur motum impetu quodam retro fieri: 1 *intrans., i. q. retro cedere (cf. FEST. p. 274 -ere reclinare. GLOSS. -ens: recedens. retro cedens)*: LVCR. 6, 573 saepius ... minitatur terra ruinas, quam facit; in-

clinatur enim retroque -it. LIV. 24, 34, 10 *e tollenone* ferrea manus ..., cum iniecta prorae esset gravique libramento plumbi (-bum *pars edd.*) -ret ad solum, suspensa prora navem in puppim statuebat (*paulo aliter Polyb.* 8, 8, 2; *fort.* ad solum *deleas*, nisi ipsi auctori error tribuendus est). 2 *trans.*, i. q. retro ducere, sc. *partem corporis* (cf. GLOSS. -it: retro agit): APVL. met. 7, 24, 5 (*loq. asinus*) *ursa conterritus totum corporis pondus in postremos poplites* -o. 10, 22, 4 quotiens ei mulieri in coitu parcens nates -bam, accedens totiens ... inhaerebat.

rēcellula v. rescellula. ?**rēcellus** v. rescella.

[recēno, -āre. vix recte legitur in codd. plerisque MACR. Sat. 3, 17, 13 *quendam foris postea non -asse* (cenasse cod. unus et *pars edd.*; re- def. Lögdberg, In Macr. Sat. Adnot., 1936, 145 sq.).] Holmes.

***recēns**, -entis adi. [a re- et *ken-ti- 'initium', i. q. 'novum initium habens'; subest radix *ken-, cf. gall. Cintu-gnatus 'Primi-genitus', hibern. vet. cēt < *ken-to- 'primus', ind. vet. kanyā 'puella', gr. καινός 'novus', slavon. vet. is-koni 'ab initio'. v. Walde-Hofmann II 423 sq.; de Vaan, Etym. Dict. of Latin, 2008, 516. Mei.] NOT. Tir. 91, 16 -s. de formis: abl. sing. -i passim inde a PLAVTO, -e CATVLL. 63, 7 (*item metro firmatur*: Ov. fast. 3, 880, 4, 346), in orat. soluta v. quae plerumque e codd. rec. a Neue-Wagener³ II 94 sq. afferuntur et e. g. COLVM. 6, 30, 9 ORIBAS. syn. 8, 53 Aa p. 260; gen. plur. -ium in orat. soluta inde a CIC., -um HOR. carm. 1, 10, 2. VAL. FL. 2, 654 (*in fine hexam. ut*: SIL. 15, 601 STAT. Theb. 8, 105. 10, 458 PAVL. NOL. carm. 28, 207); nom. neutr. -e DIOSC. 1, 70 p. 38, 11. ANTHIM. 47 (-s var. l.). compar. -ior et superl. -issimus inde a CIC. (nisi agnoscas l. 47); cf. e. g. bene -s CATO agr. 76, 2, maxime -s LIV. 38, 40, 4 VITR. 10, 14, 3 PLIN. nat. 23, 79, perquam -s QVINT. inst. 8, 3, 34, nimis -s SEN. epist. 114, 13. de notione et differentia (cf. CIC. p. 288, 63 sq. GELL. p. 298, 75): ISID. diff. 1, 485 inter -s et novum: -s nascitur, novum fit (*item DIFF. ed.* Beck p. 81, 7). GLOSS. -s: πρόσφατος νεαρός. -ia: nova. GLOSS.¹ I Ansil. TE 407 tepido lacti (i. lacte Verg. Aen. 3, 66): -i. al., v. e. g. p. 282, 32. 289, 74. 292, 12. legitur in versibus raro inde a PLAVTO, TER., LVCIL. (de frg. fort. Naevi v. Tomè, Boll. Stud. Lat. 41, 2011, 571 sq.), saepius apud VERG., OV., STAT., in orat. soluta per totam latinatatem inde a CATONE, RHET. Her. (frequentant vocem e. g. CIC. et scriptores rerum naturae, medici). [it. vet. ri- et rec. recente (*fort. e serm. docto*), sard. centr. rekēnte, raet. occ. (Engadin) nouw arschaint 'recentissimus', or. rezint, hisp. reciente; 'frigidus': val. rece (*a nom. *recēs?*), francog. vet. roisant. usu potius adv. ('nuper' sim.; cf. -e p. 294, 5): sard. centr. reyēnte, hisp. recién, port. vet. rezente, rec. recente (*a serm. docto non alienum*). cf. M.-L. 7109 et Faré, Postille. Tiktin-Miron³ III 279. Battisti-Alessio V 3217. Cortelazzo-Zolli² 1332. Wagner II 342. Wartburg X 139. Corominas-Pascual IV 821 sq. Machado³ V 50. Schd.-Cr.] [confunditur in codd. c. regens CIC. Att. 16, 7, 1 LVCR. 5, 282 OV. Pont. 2, 4, 16 (*restit.* VARRO ling. 10, 71), rigens MART. 14, 117, 1 (*in var. l. falsa* STAT. Ach. 1, 326 MART. 1, 49, 17); in var. l. falsa pro repens STAT. Ach. 1, 310 CLAVD. 18, 412; dubie vel falso trad. RHET. Her. 2, 7, 10 tormentorum dolori credi non oportere, quod alius alio -ior sit in dolore (re(ti)- Kroll). GLOSS.¹ V Aa R 82 -iora (secret-Goetz): repatoria (?) seu remotiora.]

significantur fere ea, quae tempore vel praesenti vel alii puncto temporis paulo antecedente sunt acta, parta, orta sim. (gr. resp. πρόσφατος p. 285, 33. 286, 18. 288, 68 [-φάτως p. 287, 43. 51. 288, 45], νεαρός, νηρός p. 283, 20. 290, 21. 26 sq., νεωρότι p. 287, 35. 53, alia v. p. 283, 67. 287, 55. 291, 72; saepe iuxta ponitur adhuc).

exempla sic digerenda esse putavimus:

I praevalente respectu temporali:

A locutione communi:

- 1 usu vario de eis, quae (qui): a facta (facti) sunt, exstare coeperunt sim., sc. de rebus incorp. p. 282, 37 (*de tempore* p. 283, 45), corp. p. 284, 38, de animantibus p. 285, 39 (*in theologia christ.* p. 286, 14). b acceperunt novam condicionem, qualitatē sim.: p. 286, 28 (*de modo mortuis* p. 286, 43; respic. metamorphosis p. 286, 50). c advenerunt alicunde: p. 287, 5. d nuper coeperunt, sc. de tempore anni vel vitae: p. 287, 8. e ad paulo antecedentia pertinent: p. 287, 14.
- 2 praedictive iuxta p. p.: p. 287, 23.
- 3 locut. -s est c. enunt. secund.: p. 287, 36.
- 4 neutr. sing. pro subst. in locut. adverbiali: a i. q. nuper, paulo antea: p. 287, 41. b i. q. statim, in initio: p. 287, 56.

B locutione peculiari accedit praepos. vel casus ad indicandum id: 1 quod paulo ante eum (id), qui (quod) -s nuncupatur, fuit, actum sim. est, ad eum (id) pertinuit: p. 287, 73 (*indicantur locus* p. 287, 75, aetas sim. p. 288, 10, ortus, partus p. 288, 18, quaelibet acta, percepta sim. p. 288, 30). 2 quo quis non longe utitur sim.: p. 288, 57.

II praevalente respectu qualitatis:

A qualibet locutione: 1 de rebus, sc. corp. p. 289, 4 (*respic. corpora animalium, quae comeduntur sim.* p. 289, 5, herbae sim. vel fructus p. 289, 31, sanguis effusus p. 289, 60, aqua p. 289, 70, morbi sim. p. 290, 31, vinum recentatum p. 290, 43), incorp. p. 290, 71 (*respic. motus animi sim.* p. 290, 72, vires mentis vel corporis p. 291, 20). 2 de animantibus: p. 291, 44 (*nondum defessis* p. 291, 46, quorum cadaver non corruptum est p. 292, 4).

B accedit abl. (in c. abl.): p. 292, 10.

adv. recēns p. 292, 29, recenter p. 293, 49, recentē p. 294, 5.

I praevalente respectu temporali (*respic. seriei membrum alterum vel ultimum maxime* l. 44. 68. p. 283, 3, cf. adv. p. 293, 25; haud raro in abl. absol. vel temp., e. g. l. 39 sq. 48 sq. 67. 72 sq. p. 283, 14. 56. 285, 5). opp. vel disting. plerumque tempus (status) plus etiam antecedens, sc. per adi. antiquus, vetus sim. (rarius e. g. prior, adv. (iam) pridem p. 284, 36. 285, 4, rarius tempus (status eiusdem rei vel animantis) minus antecedens, praesens, sequens, sc. per adi. inveteratus l. 42. p. 284, 19. 73, praesens l. 61, adv. sim. aliquanto post l. 74, interiecto spatio l. 55 et e. g. p. 283, 35. 284, 30. 51. 286, 3 (*in enumeratione temporum* p. 283, 27. 35. 284, 30. 286, 3. 11); disting. adsiduus, sempiternus sim. p. 283, 12. 286, 22. 24 sq. 287, 49. indicatur, c. respectu cuius (puncti) temporis quis (quid) -s sit, per praepos. l. 64. p. 283, 50, iuxta ponitur tum l. 41. 50. 53. 57. 60; intra quod spatium aliquid -s sit, intellegitur p. 283, 20. 49. 285, 25. 27. saepe pro syn. est novus (iuncturam n. et [vel ac] -s v. l. 52. p. 283, 17. al. [ordine inverso] p. 283, 64. 287, 38); cf. p. 284, 75 et -s novitas p. 283, 32), iuxta ponitur inopinatus l. 43. p. 285, 29 (*vergīt ad notionem q. e. necopinatus sim. maxime* l. 45 sq. p. 284, 14). in contextu variat vel (abundanter) iuxta ponitur modo p. 283, 4. 29. p. 286, 41. 287, 31. al., nuper p. 283, 43 sq. 284, 18. 35. al., paulo ante p. 283, 65; indicatur aliquid fieri protinus, statim, sc. dum quid -s est, vel in contextu, sc. per adv. protinus l. 41. p. 284, 51. 288, 42, proxime l. 49, statim p. 287, 64 (*sub II in explic.* p. 289, 53. 73. 290, 11. 293, 13), vel in locut. c. praepos. ab, ex l. 66. p. 283, 11. 13 sq. et p. 287, 56 sq.).

A locutione communi: 1 usu vario: a de eis, quae (qui) tempore paulum antecedente facta (facti) sunt, exstare coeperunt, exstiterunt: a respiciuntur res: ① incorporales: ② actiones, eventus sim. (exempla selecta inde a CIC.): PLAVT. Poen. 728 quid si -i re aedis pultem lenonis furantis? (item abl. absol. vel temp.: Trin. 1015 alicubi anulum es oblitus ...? recipe te et recurre petere <re> -i. CIC. Verr. II 1, 139. Cluent. 36 [iuxta tum ut: 84]. al. CELS. 7, 29, 3 [iuxta protinus]. al.; ceterum: CIC. Verr. II 2, 53 -s erat illa r. Sull. 81 [opp. inveterata]. dom. 9 inopinata ac -s. CYPR. Demetr. 17, 2). RHET. Her. 3, 10, 18 (antea: nuperrime dictum) utile est, cum dicere desinamus, -em aliquam relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem. 4, 34, 45 -s adventus exercitus extinxit subito civitatem (LVCR. 6, 1137 aliquid, quo non consuevimus uti, quod nos a. possit temptare -i [1125 haec ... subito clades nova ... cadit]. abl. absol. vel temp.: CIC. har. resp. 42 Romae ... -i a. suo ... decidit, ne eqs. fam. 5, 17, 2 proxime -i a. meo [v. vol. X 2, 1956, 61]. LIV. 33, 21, 3 Gallorum tum gens -i a., terribilior Asiae erat [i. vix abl. causae]. CIC. Verr. II 1, 56 -s exemplum fortissimi viri (3, 211 [antea: non antiqua]. al., e. g. TAC. dial. 8, 1 novis et -bus [opp. remotis et obliterratis]). 1, 101 tum ... -i negotio (5, 15). 2, 51 diem festum ... -bus beneficiis C. Marcelli debitum (al. Q. CIC. pet. 19 LIV. 31, 15. 5. al. SEN. benef. 3, 1, 2 quae -ia ... viguerunt, ea interiecto spatio obsolescunt. al.). 4, 86 cuius Marcelli officia in illam civitatem ... -issima erant et maxima (5, 51 quod tum -bus suis o. ... adsequi non potuerunt, id nunc ... pretio adsecuti sunt. dom. 7. CAES. Gall. 5, 54, 4 pro -bus ... o. [opp. pro vetere ac perpetua ... fide]). Cluent. 189 scelus, quod nunc ... patefactum est ..., quod iam tum -s suspiciosum erat (LIV. 42, 18, 4. al.). Balb. 49 C. Mari ... si -es triumphi, si praesens valuit aspectus eqs. (LIV. 45, 43, 3). Phil. 2, 25 quae antea disputavi, vetera, illud vero -s: Caesarem meo consilio interfectum. Brut. 49 facundiae graecae partus atque fontes ... ad nostrorum annalium rationem veteres, ad ipsorum sane -es sunt (proprie: OV. met. 15, 379 catulus, p. quem reddidit ursa -i. al., e. g. TERT. nat. 1, 8, 2 infantes -i e. p. tradere nutrici. INTERPR. cod. Theod. 5, 9, 1 [recens natos] quicumque expositum -i p. ... collegerit. cf. p. 285, 50). part. 75 aut ... temporum servandus ordo est aut in primis -issimum quidque dicendum. Tusc. 3, 26 est ... aegritudo ... in opinione mali -is (OV. trist. 4, 6, 22 patria careo iam duos annos, ... sed mens ... m. sensum nostra -is habet [cf. p. 291, 35]. al., e. g. MAX. TAVR. 63, 3 [opp. inveteratum et originarium m.]). nat. deor. 2, 25 -i fossione terram fumare calentem. LVCR. 3, 660 serpentis membra ancisa -i volnere tortari. VARRO rust. 1, 63 sirus cum periculo introitur -i apertione (opp. aliquanto post ..., quam aperueris). VERG. Aen. 2, 718 bello e tanto digressum et caede -i Aenean (al., v. vol.

III 55, 11 sqq.; cf. p. 289, 66 sqq.). PROP. 2, 29^b, 29 *Cynthia* somno dimissa -i (REGVLA mag. 50, 40). OV. met. 3, 73 solitas accessit ad iras causa -s (3, 260 subit ... priori c. -s. fast. 1, 645 causa *fuit tum*, quod ...; c. -s melior eqs.). PONT. 2, 4, 16 (13 factum modo carmen) pretium curae dulce -is (item de studio poetae vel oratoris: 4, 2, 50 c. ... -is opus. TAC. dial. 6, 5 sive accuratam meditatamque profert orationem ...; sive novam et -em c. ... attulerit [6 extemporalis audaciae]. ceterum: SEN. dial. 5, 35, 5 -i c. nitens marmor. aliter p. 284, 10, 285, 66). LIV. 5, 11, 14 -i clade accepta (6, 5, 6 ab -i c. superstitiosis principibus. al. VAL. MAX. 6, 6 ext. 2. al.; cf. p. 293, 3). 26, 13, 6 (in parenthesis) hoc quod -issimum est. 27, 47, 2 si qui milites ... adustioris coloris, ut ex -i via, essent (REGVLA mag. 1, 44. cf. p. 284, 63, 285, 30). SEN. nat. 7, 10, 2 alter *motus* ille divinus et adsiduus ..., alter novus et -s. epist. 55, 2 a -i tempestate. COLVM. 6, 26, 3 si patiaris eum *iuvencum* a -i curatione, sc. castrationis, feminam inire. PLIN. nat. 8, 96 -i harundinum caesura. TAC. hist. 4, 70, 3 copias -i ... dilectu auctas (COD. Theod. 13, 5, 14, 2 de veteribus ... et quales -i adsociati d. sint. cf. p. 285, 65). TERT. monog. 11, 12 in nova et -i vocatione constituti. LVCIF. moriend. 4 l. 44 tua, *imperator*, novella praedicatio et -s religio, i. *Arriana* (cf. CONC.⁵ I 2 p. 65, 12 antiqua ... fidei dogmata, -iora autem eqs. [gr. I 1, 2 p. 54, 12 *veaqa*]. cf. p. 292, 65). COD. Theod. 12, 1, 56 si vero intra decennium -s athuc erit ratio militiae eqs. (antea opp. ubi decem annorum stipendia confecta sunt). HIER. in Gal. 1, 6 l. 29 -s adhuc erat euangelii praedicatio. PRVD. apoth. 547 -em ... fidem (548 novellae credulitatis). AVG. serm. 63, 1 de lectione -issima ... euangelii (113, 1 -s euangelica l. al.). al. *neutr. plur. pro subst.*: CIC. Verr. II 5, 34 omnia vetera praetermittam, duo sola -ia ... ponam. part. 37 in temporibus ... praesentia, praeterita, futura cernuntur; in his ipsis vetusta, -ia, instantia, paulo post aut aliquando futura. al. SEN. contr. 1 praef. 3 *praeterita* quasi -ia aut modo audita sine cunctatione profert memoria. al.

⑥ *sermo, modus dicendi sim. (addidimus ipsam vocem l. 33; cf. p. 288, 49):* VARRO frg. Gell. 12, 10, 4 quod alterum, sc. *'aeditum'*, sit -i novitate fictum, alterum, sc. *'aeditum'*, antiqua origine incorruptum. 16, 17, 2 (antea: *nuper nati* eam primam vocem edunt) sonum vocis -is. ling. 10, 71 aliae *declinationes* sunt priscas, ut Ba(c)chidēs ..., aliae iuniores, ut ... Ba(c)chidēs, aliae -es, ut ... Ba(c)chidas. CIC. Mur. 16 non ex sermone hominum -i, sed ex annalium vetustate. Tusc. 5, 7 *philosophiam esse* rem antiquissimam ..., nomen eius ... -s. HOR. carm. 3, 25, 7 (*neutr. pro subst.*) dicam insigne, -s adhuc indictum. ars 49 indicia monstrare -bus abdita rerum eqs. SEN. contr. 1, 1, 13 *divisio controversiarum* -s (opp. antiqua). SEN. epist. 100, 5 -is politurae (v. vol. X I, 2536, 26). QVINT. inst. 2, 5, 22 -is huius lasciviae flosculis (10, 1, 43). TAC. dial. 12, 2 lucrosae ... eloquentiae usus -s. Germ. 2, 3 (2 antiqua nomina) Germaniae vocabulum -s et nuper additum esse (RVFIN. hist. 1, 4, 1 -is v. Christianorum gens ... et ritus ... nuper exortus).

⑦ *tempora* (cf. p. 288, 10 sqq.): CIC. Verr. II 3, 104 *affero praeturae* annum tertium, quod ... -issimus est. Phil. 5, 48 apud antiquos ..., -iore autem memoria (al., v. vol. VIII 681, 43 sqq.; aliter p. 291, 22 sqq.). ad Brut. 5, 1 -i illo tempore (AVG. civ. 5, 23 p. 235, 9 nostrā memoriā -issimo t. COD. Theod. 4, 4, 6 [opp. ante decennium]. LEO M. epist. 102, 4 Conc.⁵ II 4 p. 54, 28 -bus a nostra aetate t. al.; cf. p. 288, 17). phil. frg. V 32 (Lact. inst. 3, 16, 13) -s haec ... aetas (sc. *Thaletis*); ubi ergo apud antiquiores latuit amor iste investigandae veritatis? (TAC. ann. 6, 42, 3. cf. p. 288, 26; aliter p. 287, 13). al.

⑧ *nuntii, epistulae, fama sim.*: CIC. Verr. II 4, 148 multum apud illum -is nuntios ... valuisse (Sest. 120 -i n. ... ad ludos ... perlato. Mil. 62 -i ... n. necis Clodianae. LIV. 28, 25, 1. al.). Att. 6, 1, 1 -issimas ... litteras (14, 19, 5 -iores l. AVR. Fronto p. 55, 22. al.). 15, 4, 1 ad -iorem *epistulam prius* eqs. ([opp. superior, sc. 15, 4, 3, ut: fama. 3, 11, 1 ad Q. fr. 3, 6, 1]. al. in epist. AVG. epist. 9, 1. al.). LIV. 7, 6, 6 lacus nomen ab ... -iore, sc. de M. Curtio, insignitius fabula est ([opp. ab antiquo illo ... Curtio Mettio]. PLIN. epist. 6, 15, 1). PLIN. nat. 10, 124 -s fama est eqs. (STAT. Theb. 5, 692. IVV. 6, 408 famam rumoresque. TAC. hist. 2, 3, 1 [opp. vetus memoria]. al.). AVG. epist. 164, 22 in -i ... commonitorio tuo.

⑨ *leges, decreta, iussa, mores*: CIC. Flacc. 13 lege hac -i ac nova (dom. 23 Phil. 5, 8). Phil. 3, 8 -s edictum ..., quod paulo ante propositum est. OV. epist. 13, 145 dominae mandata -ia. LIV. 32, 34, 12 -s decretum ([Polyb. 18, 6, 7 *τελευταῖον ... ψήφισμα*]. TAC. ann. 3, 62, 2 Caesaris ob vetusta ... merita et -s divi Augusti d.). TAC. hist. 4, 65, 3 donec nova et -ia iura vetustate in consuetudinem vertuntur. PRVD. c. Symm. 2, 313 quotiens solitis decedere prodest praeteritosque habitus cultu damnare -i. COD. Theod. 10, 20, 18 purpurae nundinas, licet innumeris sint constitutionibus prohibita, -i quoque interminatione vetamus. NOVELL. Theod. 22, 2, 12 *legis cuiusdam* caliginem ... -i interpretatione discutimus. Valent. 6, 1 pr. prohibitio (*postea*: toties vetita nunc quoque severius interdicta). al.

⑩ *motus animi, indoles, cogitationes sim. (nonnulla ad p. 290, 72 sqq. trahere possis):* CIC. part. 112 ira -s ([opp. odium vetus ut: LIV. 2, 35, 7, 42, 29, 2]. LIV. 2, 35, 8 [opp. exoletum ... vetustate odio] ut -i aliqua i. exacerbarentur animi. TAC. ann. 4, 3, 2. cf. p. 291, 8 sqq.). div. 2, 136 -s Caeciliae ... somnium (cf. OV. met. 15, 26 tacitā -ia mente visa refert). Att. 9, 1, 4 timore ... inimicitiarum -ium. LVCR. 4, 1071 (1070 prima) *amoris vulnera* Venere ... -ia *curare* (SEN. dial. 12, 3, 1 gravissimum est *omnium* ... -s v. STAT. silv. 2 praef. huius *delicati* amissi -s v. TAC. hist. 3, 56, 2 -issimum quodque v. pavens. cf. l. 45. p. 282, 73 sqq. 291, 14). PROP. 1, 10, 17 *curas amoris* sanare -es (cf. p. 283, 4 sqq. 285, 66). LIV. 4, 40, 4 per -s odium *renovare invidiam* (TAC. ann. 4, 21, 3 -ia veteraque o.). 6, 24, 4 immemor -is ferociae veterisque decoris *fugiebat miles Romanus*. 6, 34, 8 *mulierem* confusam ... ex -i morsu animi. 36, 20, 5 trepidae ... -i terrore naves (TAC. Agr. 36, 3 quamquam -em t. intulerant *equites*, ... haerebant. ann. 14, 23, 1 utendum -i t. ratus. cf. p. 291, 15). SEN. contr. 4 praef. 5 in tam magno et -i luctu, sc. *Germanico mortuo*, ... convivio *cenavit* (SEN. Tro. 43 respice ... ad hos l. -es - Troia iam vetus est malum. PLIN. epist. 9, 13, 4 -s adhuc l. [antea: amissa nuper uxore]. FRONTO p. 235, 17). SEN. epist. 63, 13 *dolor* -s consolatore inveniit ([opp. inveteratus]. CVRT. 10, 5, 21. cf. l. 55 sqq. p. 291, 10 sqq.). PETRON. 113, 8 veritus, ne ... -em cicatricem rescinderet. STAT. silv. 5, 1, 18 cum plaga -s et adhuc in vulnere primo nigra domus questu. QVINT. decl. 254, 17 novas inimicitias et -em aemulationem. TAC. hist. 4, 85, 2 quod diu occultaverat, ut -s exprompsit: quoniam eqs. al.

⑪ *poemata, scripta quaelibet (poeta ponitur pro opere l. 26):* CIC. ad Q. fr. 2, 9, 1 -ia poemata. HOR. epist. 2, 1, 54 Naevius in manibus non est et mentibus haeret paene -s? IVV. 2, 102 res memoranda novis annalibus atque -i historia. PLIN. epist. 8, 4, 6 *scripta* prima quaeque ut absol-veris mittit ..., sicut erunt -ia et rudia et adhuc similia nascentibus. 9, 35, 2 nimia cura in *operibus veteribus retractandis adhibita* ... nos a -ioribus revocat ... nec absolvit priora et inchoare posteriora non patitur. APVL. apol. 97, 2 testamentum. HIER. adv. Rufin. 2, 24 dum aut in novo opere errasse me fateor, aut -s editio veteris condemnatio sit (*spectat ad Vulg. ut e. g. IULIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 140, 1 secundum interpretationem* -em). CLAVD. 28, 124 arma Getarum nuper ... plectro celebrata -i (*disting. 122 iam pridem*). AVG. c. Faust. 11, 2 p. 316, 4 *libri, codices* vetustiores -ioribus praeferrentur.

⑫ *corporales (plerumque ab hominibus vel animalibus factae, sed hic illic naturaliter vel a deo; addidimus lucem solis p. 285, 3):* ⑬ *morbi, vulnera, incisio medici sim. (aliter p. 290, 31 sqq.; imagines ad motus animi sim. pertinentes v. l. 1 sqq.; exempla selecta inde a CELSO; cf. l. 71):* CATO agr. 157, 13 si quis ulcus taetrum vel -s habebit (CELS. 6, 6, 13 ex pusulis u. interdum fiunt; ea -ia ... sic nutrienda sunt. al., e. g. PLIN. nat. 24, 126 u. -ia et serpentina ac putrescentia). CIC. Verr. II 2, 187 (in *imag.*) adspicimus lituras ... quasi quaedam vulnera tabularum -ia (CELS. 5, 19, 22 -ioribus v. recte imponuntur *haec*. 5, 26, 20^a exit ... sanguis ex v. -i aut iam sannescente. 5, 26, 32 [antea: novatum ... v.]. al. SCRIB. LARG. 203. al. PLIN. nat. 20, 81 et -ia et vetera. al.; cf. l. 7. p. 282, 73 sqq.). BELL. Afr. 18, 4 iumenta ex nausea -i, siti ..., vulneribus defatigata. PROP. 4, 5, 39 semper habe morsus circa tua colla -es (PLIN. nat. 23, 128 canis m. -es. cf. l. 13). CELS. 2, 6, 8 cui protinus in -i morbo bilis atra ... se ostendit ([opp. iam longo m.]. 2, 14, 4 in acutis et -bus ..., in remissione tamen [postea: neque in acutis m. neque increscentibus]. 3, 1, 5. SCRIB. LARG. 15 [opp. veterem]. al.). 2, 15, 1 in -i vehementique praecipue ardente febre. 4, 13, 2 remedium ... magni et -is doloris ([opp. sive levior sive vetustior casus]. COLVM. 6, 12, 5 -s melius fomentis discutitur, vetus uritur. SCRIB. LARG. 21. LVCAN. 4, 286 dum d. est ictusque -s. cf. p. 291, 10 sqq.). 5, 18, 28 -i cicatrice (5, 28, 17^c. SCRIB. LARG. 26 [antea: non veteres]. APVL. met. 1, 18, 3. al.; cf. l. 21). 7, 17, 1^c *incisione facta* membrana utrimque -em plagam habeat ([syn. novam; postea: quod vetus est, sutura non coit]. COLVM. 6, 5, 4. al.; cf. l. 21). 8, 10, 7^l (*curantur ossa, quae male coaluerunt, a medico divisa*) ut, si quid pingue est, eradatur totumque id quasi -s fiat. PS. QVINT. decl. 1, 12 *cruror profluens ferri* -em viam sequitur (PRVD. perist. 10, 796 -es per cicatricem v. cf. p. 283, 11). CHIRON 653 si -s fuerit haec res, ...; si iam veteruerit eqs. VEG. mulom. 2, 84 si ... -s passio est ([cf. p. 293, 46]. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 8 [opp. veterata]. cf. p. 290, 33 sqq.). 2, 129, 6 ex qua compositione -s causa sanabitur, vetus sentiet levamentum. al.

⑭ *quaelibet (exempla selecta inde a VERG.):* CIC. Verr. II 2, 105 *tene* tuis vestigiis persequamur, quae tu in tabulis publicis expressa ac -ia reliquisti? (in *imag. ut*: 3, 43 -ia proximi praetoris v. persequi. al.; *proprie*: 3, 79. HIRT. Gall. 8, 20, 1 proelii. LIV. 2, 23, 7 tergum foedum -bus v. verberum. 9, 17, 17 clavis [10, 20, 3]. 10, 34, 8 fugae). Cato 72 omnis conglutinatio -s aegre, inveterata facile divellitur. fam. 11, 21, 2 qui res novas quaerit, non quo veterem comederit - nullam enim habuit -, sed hanc ipsam -em novam devoravit. LVCR. 2, 319 *pecus* invitant herbae gem-

mantes rore -i (Ov. fast. 3, 880. cf. am. 3, 5, 11 cum cecidere -es *nives*). 3, 705 anima atque animus ... integra -s (in) corpus eunt. 5, 282 sol inrigat adsidue caelum candore -i suppeditatque novo ... lumine lumen. 5, 330 -sque naturast mundi neque pridem exordia cepit (*item -s est terra, mundus sim.*: 5, 907 tellure nova caeloque -i) [abl. temp. ut: Ivv. 6, 11 tunc orbe novo c. que -i]. Ov. met. 1, 80 -s tellus seductaque nuper ab ... aethere. PRVD. ham. praef. 17 mundum -em). VARRO rust. 1, 23, 6 in -bus pomariis ... arbusculis positus. VERG. georg. 4, 56 *apes vere arte -is excudunt ceras*. Aen. 2, 395 spoliis se quisque -bus armat (Liv. 4, 20, 11 -bus s. in sacra sede positus. *adde p. 293, 70*). HOR. epist. 1, 2, 69 quo semel est imbuta -s, servabit odorem testa diu (cf. COLVM. 12, 28, 4 vasa -ia, ex quibus vinum exemptum sit. *aliter p. 287, 31*). PROP. 4, 6, 7 spargite me lymphis, carmenque -bus aris tibia ... libet eburna. Ov. am. 2, 12, 23 femina Romanis etiamnunc urbe -i inmisit *Sabinos*. met. 1, 424 (*in litore Nili relabentis*) -s ... limus. Ib. 635 Remo muros auso transire -es. Liv. 34, 15, 2 *militis* integri -bus telis fatigatos adorti hostes. VITR. 2, 3, 2 cum -es et non aridi sunt structi *lateres*. 2, 4, 3 -es ... fossiciae (cf. p. 288, 3). SEN. nat. 4, 8 terrarum evaporatio ... hōc est calidior, quo -ior. epist. 36, 3 vinum ... bonum fieri, quod -s ... asperum visum est (*item -s est potus, cibus*: COLVM. 12, 29 mustum, ut semper dulce tamquam -s permaneat, sic facito: *eqs.* 12, 46, 5 haec ratio tamquam -issimum pomum custodit). SCRIB. LARG. 39 *quidam* sucus -s et, tepens ([-i om. cod. T]). PLIN. nat. 20, 203 *opium sub sole positum* sudat et se diluit, donec s. -i simile fiat). PERS. 5, 54 mercibus hic Italus mutat sub sole -i ... piper. PLIN. nat. 13, 82 omne ... glutinum nec vetustius esse debet uno die nec -ius. 35, 17 *pictureae antiquissimae* tam longo aevo durantes in orbitate tecti veluti -es. 36, 176 ne -iore trimā *calce intrita* (i. *exstincta*) uteretur redemptor. VAL. FL. 3, 433 *sacerdos* -i stat tumulo ... transmittens agmina lauro. STAT. silv. 3, 1, 10 unde haec aula -s (i. *templum Herculis*) fulgorque inopinus agresti Alcidae? 4, 3, 114 *finis viae* -is (i. *Domitianae*). MART. 14, 93, 1 non est ista -s nec nostri gloria caeli (*meton. pro poculis*); primus in his Mentor ... bibit. VET. LAT. eccles. 1, 10 nihil sub sole novum nec valet quisquam dicere ecce hoc -s est (gr. *πρόσφατον*, *brevius* Hier. ad loc. l. 221, *sim. al.* et non est omne -s sub sole). IVST. 2, 1, 20 *Aegyptus non potest videli* hominum vetustate ultima (i. *antiquissima*), quae *opere hominum et Nili* ... terrarum -issima videatur. GREG. M. moral. 8, 78 l. 48 -em parietem impellit eamque facile destruit, quia adhuc humorem infirmitatis propriae non amisit. *al.*

β *respiciuntur animantes eorumve familiae, coetus sim. (eorum anima l. 51; totum genus hominum l. 45)*: ① *quolibet contextu de eis*:

Ⓐ *qui nuper sunt nati, parvuli sunt* (cf. p. 288, 18sq.): CATO agr. 90 (= capp. 99) palumbum -em: u(b)i pressus erit *eqs.* VARRO rust. 2, 2, 15 *ovium nata* -ia (AVG. pecc. mer. 1, 35, 66 p. 67, 6 -ium n. ... ignorantiam). 3, 12, 4 *leporum* catulos -es. HOR. carm. 1, 10, 2 Mercuri ..., qui feros cultus hominum -um voce formasti catus. SEN. epist. 110, 13 (*de cibis*) delectant te ... *animalia* alia eo gratiora, si -ia perferuntur ad mensam, alia si diu pasta et coacta pinguescere *eqs.* STAT. Theb. 10, 458 volucrum ... turba -um, cum ... prospexit ... matrem. QVINT. inst. 10, 4, 2 ne nobis scripta nostra tamquam -es fetus blandiantur (*in simili imag.*: GELL. 17, 10, 3 ingenii ... partus -es). TERT. anim. 24, 11 qui magis reminiscerentur quam pueruli, ut -iores animae *eqs.*? adv. Marc. 3, 13, 6 magi infantiam Christi, -em *munerantes* ([-i, Kroymann, in infantia Christum trad.]. i. *Christum infantem -em; in eadem inversione*: PRVD. perist. 10, 659 [656 da septuennem ... puerum]. AVG. serm. 353, 1 vos, quorum -s i. ... *baptismate* insignitur. cf. p. 287, 10). *al.* Ⓑ *qui nuper vixerunt vel adhuc vivunt* (*per meton. indicati e. g. l. 66; saepius disting. ab veterioribus*): CIC. Verr. II 3, 209 an ... proferes hos -is Q. Catulum patrem, C. Marium, Q. Scaevolam (*opp. exempla ex veteri memoria*). Mur. 17 non modo ... antiquis illis fortissimis viris ..., sed his -bus Mariis ... commemorandis (CELS. 2, 14, 1 -iores v. [*opp. apud antiquiores, 2 a vetustissimo auctore Hippocrate*]). de orat. 3, 68 haec -ior Academia (ARNOB. nat. 2, 9 p. 75, 13 A. veteris -iorisque). fam. 6, 6, 12. VARRO rust. 1, 2, 1 *id* dicere didicimus a patribus nostris, ... corrigimur a -bus urbanis. HOR. carm. 1, 35, 30 iuvenum -s examen (*de exercitu ut*: TAC. hist. 3, 50, 2 sex milia Dalmatarum, -s dilectus. CYPR. mortal. 15 -s et copiosus exercitus [i. *Christiani*]). *aliter p. 283, 15sq.*). Ov. am. 3, 9, 32 altera *puella* cura -s Tibulli, altera primus amor (cf. p. 284, 10). CELS. 2 prooem. 1 -iores medici (*opp. antiquorum virorum; cf. l. 60*). SEN. epist. 58, 6 si -iorem *auctorem vocis cuiusdam* quaeris, sc. *quam Ciceronem* (PLIN. nat. 6, 141 terrarum orbis sitis -issimum a., i. *Dionysium Periegetam*. 37, 109. cf. p. 286, 7. 33). 104, 29 hunc M. Catonem -iorem. 114, 13 multi ... duodecim tabulas loquuntur; Gracchus illis et Crassus ... nimis culti et -es sunt. PLIN. nat. 4, 103 quas *insulas* Electridas Graeci -iores appellavere. PROB. vita Pers. l. 55 -ium poetarum et oratorum (GELL. 19, 9, 4). TAC. ann. 11, 6, 2. DECL. in Catil. 69 -s homo (*opp. maiores nostri*). TERT. carn. 22, 4 *Christus est*

semen Abrahae, utique multo magis David, quia -ioris. AVG. in euang. Ioh. 49, 10 *requiem aeternam* priores acceperunt patriarchae ... posteriores prophetae, recentius apostoli, multo -iores sancti martyres, quotidie boni fideles. VITA Caes. Arel. 1, 35 quasi -ior temporis nostri Noe *fabricat arcem ecclesiae*. *al. masc. pro subst.*: CIC. fin. 2, 82 horum -iorum, i. *Epicureorum* (*opp. ab ipso illo, i. Epicuro*). Liv. 5, 35, 3 Senones, -issimi advenarum. PLIN. nat. 12, 74 -iores ex auctoribus. QVINT. inst. 1, 5, 63 (*61* ab antiquorum plerisque) nunc -iores instituerunt *eqs.* TAC. Agr. 10, 3 Livius veterum, Fabius Rusticus -ium eloquentissimi auctores. IREN. 1, 21, 5 l. 116 qui -iores eorum *haereticorum* agnoscuntur. DIOM. gramm. I 330, 25 -iores (*opp. veteres*). AVG. nat. et grat. 41, 48 et antiquos et -iores et nos et posteros nostros. MART. CAP. 9, 928 quas *insulas* ... -ior adserentium Varro se vidisse testatur. *al.*

Ⓐ *in theologia christ.*: Ⓐ *iunctura deus -s de deo non aeterno* (cf. p. 287, 48sq. 292, 49sq.): TERT. adv. Marc. 4, 26, 9 d. -s (*antea*: deum ... novum. *de deo Marcionis ut*: 4, 27, 4 novo et -i deo, ne dixerim nondum palam facto). VET. LAT. psalm. 80, 10 (cod. 300. *al. et* VVLG.; gr. *πρόσφατος*, cod. 303 et Hier. psalt. sec. Hebr. alienus, cod. 306 novus). VVLG. deut. 32, 17. AVG. in psalm. 80, 13 'd. -s' est ad tempus factus: d. autem noster non -s, sed ab aeternitate in aeternitatem (seq. l. 24). *ibid.* quid -ius deo ex officina? licet illos iam vetustos araneorum casses contexerint: qui *dei* sempiterni non sunt, -es sunt; hoc de paganis. 80, 14 deo viventi, non -i. *al.* Ⓑ *-s est Christus ut homo natus in tempore*:

AVG. in psalm. 80, 13 Christus noster -s forte homo, sed sempiternus deus (RVSTIC. Conc. I 4 p. 84, 39 novimus *Christum* unum eundemque -em et s.: ex Abraham -em secundum humanitatem, aeternum (ex deo) secundum divinitatem).

Ⓐ *de eis, qui (quae) paulo ante acceperunt novam condicionem, qualitate sim., quiddam pergerunt vel pertulerunt*: Ⓐ *quae indicantur nomine, ad quod -s pertinet* (gen. l. 39); *respiciuntur homines* (res):

Ⓐ *varii*: CIC. Verr. II 2, 139 amicus -s et cognatus voluntarius (QVINT. inst. 6, 3, 92). 3, 155 (*ex epist. Timarchidis*) scribas, apparitores -is arripe. Att. 9, 13, 1 non erat nec -ior auctor *nuntii cuiusdam* nec ... melior Dolabellā. Ov. am. 3, 8, 9 -s dives. Pont. 4, 6, 17 de caelste, Brute, -i (i. *de Augusto modo consecrato*) vestra ... carmen in ora dedi. VELL. 2, 83, 3 -s transfuga. MART. 12, 59, 10 instat tibi, sc. *basia daturus*, ... fellatorque -sque cunnilingus (i. *qui nuper cunnum linxit*). PS. QVINT. decl. 5, 16 p. 102, 3 vincula, quibus instrinxerat adhuc -em pirata captivum. TAC. Agr. 31, 3 -issimus quisque servorum ... conservis ludibrio est. ann. 4, 71, 1 *Tiberius* scelerum ministros ... oblati in eandem operam -bus veteres ... adflixit. PLIN. epist. 8, 23, 8 *quidam* modo designatus aedilis, -s maritus, -s pater *decessit* (APVL. met. 7, 11, 5. cf. 7, 14, 3 nupta). APVL. flor. 18, 38 *sum Aesculapio* nec -s cultor nec ingratus antistes. Ⓐ *modo mortui* (cf. l. 60; *hucine p. 292, 6?*): SALL. hist. frg. 3, 96 *palis* fulta ... -ia ca (da-vera) (PETRON. 111, 5. PLIN. nat. 2, 233 -ia c. ad vadum labi, intumescencia attolli. AVG. serm. 277, 11 videtur integrum -s c.). Ov. met. 4, 434 umbrae (10, 48 STAT. Theb. 5, 163. 8, 105). 8, 488 fraterni manes animaeque -es (15, 846 *Caesaris* -em a. ... intulit astris. SEN. Herc. f. 722 STAT. Theb. 9, 432). STAT. Theb. 11, 594 funeribus. Ⓐ *per metamorphosin formati*: LYDIA 43 Phoebe, -s (*Naeke, gerens codd.*) in te laurus celebravit amorem. Ov. met. 7, 652 (*si recte huc; loq. Aeacus*) populis ... -bus, i. *Myrmidonibus*, ... partior ... vacuos priscis cultoribus agros (SEN. Oed. 744). 9, 393 *Dryopis* rami caluere -es. *al. apud eundem*.

PLAVT. Asin. 920 quid tibi, hunc, -o ad te est, meum virum,? (acc. obi., cf. Hofmann-Szantyr 34). FEST. p. 218 (si recte coni.; ex Aelio Gallo, v. vol. X 2, 235, 65sq.) equi ... et navis ... ratio ... [postliminium, -is (Brunns, recip-tu(m) is cod., receptuis [i. gen. receptūs] Lindsay in ed. altera; [-] acc. directionis). AMBR. in Luc. 5, 38 David -e (respic. I reg. 21, 1sq.). HEGES. 5, 22, 1 p. 347, 13 Simon patrono -is suae poenam non relaxavit (cf. p. 346, 18sq. in urbem receptus est). COD. Theod. 8, 5, 58 (sim. Iust. 12, 50, 17 [a. 398]) si quis mulionem ... vel sollicitatione vel -e subtraxerit eqs. (postea: occultatoribus). AVG. in euang. Ioh. 49, 9 -es in custodia pro meritis causarum adhibentur (antea p. 344, 7). in theol. christ. recipitur deus verbum a Christo filio hominis: NOVATIAN. trin. 23, 7 ut filius hominis per -em dei verbi filius dei effici possit (antea: per assumptionem carnis).

2 in caelum, inter deos sim. (respic. religio christ. praeter l. 31): VET. LAT. Luc. 9, 51 (cod. 3, sim. 6) dum conplerentur dies -is eius Christi (gr. ἀναλήψεως, cod. 4. al. et Vulg. adsumptionis). IREN. 4 praef. 4 eam quam dicunt haeretici intra pleroma esse -em. 4, 33, 13 -em Christi in caelos. HIER. Victorin. Poetov. in apoc. 10, 3 se Iohannem ... per passionem accepturum -em (Victorin. Poetov. ibid. se ... recipi posse). AVG. civ. 3, 15 p. 116, 30 illam inter deos Romuli -em. al. **3** in communionem christ. (cf. l. 69sq.): HIER. c. Lucif. 14 l. 500 cum et in fide et in Arianorum nobiscum -e consentias. AVG. epist. 227 post festa omnia [-is] suae in paralysin solvitur quidam Christianus factus ([-] decept-, decess-, recess- var. ll.).

β recipiuntur res: **1** corp.: FEST. p. 218 (si recte coni., v. l. 15) navis. MACR. Sat. 7, 4, 25 alieni suci -o distendit locum corporis, in quem ceciderit. PRISC. LYD. solut. 7 p. 77, 4 quare grave in aere et ignis in humiditate subsistit et [-em habet, (i. fere recipitur)? **2** incorp.: variae: AMBR. in psalm. 1, 48, 4 ut locus ille animae ... pateat ad -em virtutis et gratiae (nisi ad l. 56 ut ibid. iterum; antea: homines a naturae munere deviantes). LEO M. epist. 66, 2 Arel. 13 de -e privilegii. serm. 51, 2 infirmitatis nostrae -em (retent-, redempt- var. ll.; respic. natura humana a Christo assumpta ut: 54, 2 ipsa -o passionum). PROSP. epist. 1, 7 si originaliter malus -em boni ... a semet ipso inchoare male creditur. doctrinae sim. (accedente fere colore probandi): AVG. civ. 3, 31 p. 144, 13 christianae religionis -em (antea: ch. reciperet disciplinam). LEO M. epist. 47, 2 Conc.⁵ II 4 p. 22, 28 in -e (-em, decept-, increpat- var. ll.) nefarii dogmatis. 80, 2 ibid. p. 39, 18 in -em detestabilis pravitatis. CONC.⁵ I 5 p. 376, 24 patrum, qui in Nicaea, fides ... -em meruit (gr. I 1, 7 p. 79, 6 ἀποδοχῆς. cf. alteram vers. I 4 p. 68, 8 susceptione). al. notiones anima conceptae: PRISC. LYD. solut. 3 p. 63, 20 et sine somnis anima corporalibus purgata intellectuales habet -es et ... praevidet futurum.

β vigente vi praeverbii q. e. denuo, retro sim.; significatur actio: a recuperandi, sc. remotos (remota), amissos (amissa) sim.: **1** recipiuntur res variae (cf. l. 41): VET. LAT. Is. 61, 1 (Conc.⁵ I 5 p. 137, 19. 138, 17) denuntiare ... caecis -em oculorum (gr. τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, Cypr. testim. 2, 10. al. caecis visum, Vulg. aliter; sim. recipitur facultas videndi: GREG. TVR. Mart. 2, 50 -em visionis. vit. patr. 15, 3 pro luminis perditu(-e). PAVL. NOL. epist. 5, 11 ante virium corporalium -em. AVG. epist. Divj. 2, 10, 8 post resolutionem huius corporis et post -em (praed. sanct. 12, 24 inter depositionem et -em c. ISID. diff. 2, 32). gen. ad litt. 6, 20 (ad I Cor. 15, 45) ista renovatio -oque immortalitatis (prae- var. ll.; antea: si non immortalitatem recipit, quam perdidit Adam). t. t. rhet. i. q. recapitulatio: SCHOL. Cic. Vat. p. 276, 13 argumentum per -em (Stangl confert Gron. B p. 332, 14 recuperatio). **2** recipiuntur terrae, possessiones: PANEG. 6, 5, 4 de -e Britanniae (cf. 3 recuperatio). CONC. Rom. a. 501 p. 428, 7 ante patrimonii vel ecclesiarum, quas amiserat papa, -em (-e, praeeptione var. ll.). **3** recipiuntur homines: in communio-nem christ. (cf. l. 31sq., quo etiam nonnulla hic allata fort. trahere possis): AVG. bapt. 1, 5, 7 damnatio ... Maximianistarum et -o damnatorum (c. Cresc. 4, 25, 32). LEO M. epist. 139, 1 Conc.⁵ II 4 p. 92, 1 impiissimi Eutythis -o (gr. II 1, 2 p. 64, 7 τὸ δέξασθαι). EPIST. pontif. 632 Schwartz p. 23, 5 huius Petri haeretici -is inconditae (antea: de recipiendo P.; postea: de susceptione). AVELL. 103, 7 ad -is ecclesiasticae ... grati-

[Sannicandro]

am. *al.* in *quamlibet societatem*: SACR. Leon. 1195 (v. vol. VII 1, 2146, 32 sq.) parentum ... -e mirabilis *Clemens* (cf. 1197 amissos parentes ... invenit). MARCELL. chron. II p. 101, 519, 3 Vitalianus ... revocatus Constantinopolim ingressus est septimoque -is suae die magister militum ordinatus. GREG. M. dial. 3, 1, 2 pro -e filii (1 filium in captivitatem ductum fuisse).

β *accipiendi ea, quae pro alia re retribuuntur* (sc. usu christ. respic. ea, quae quis pro meritis accipit [post mortem praeter l. 17]): VET. LAT. IV Esdr. 8, 39 iucundabor super ... salvationes et mercedis -es ([mercedis retributionis var. l.]). THEOD. MOPS. in Eph. 6, 8 [postea: a deo ... mercedem recipere]). PAVL. NOL. epist. 34, 3 (respic. Marc. 12, 42 sqq.) non despexit illa pauperula dispositam a deo ... rationem de -e [venturi] (neutr.? sed de Christo venturo agi putat Walsh coll. Matth. 25, 35, ut locus ad a pertineat). AVG. in euang. Ioh. 49, 10 habent omnes animae, cum de saeculo exierint, diversas -es suas: habent gaudium bonae, malae tormenta. PS. ORIG. in Iob 2, 13 l. 35 (respic. Iob 42, 12, cf. l. 3) ei Iob provenit ... super terram duplex pro remuneratione -o atque [redhibitio] (retributio var. l.). *al.* in *imag. de pecunia debita recipienda*: LEO M. serm. 87, 4 non dubitet de -e, cui Christus est debitor. SALV. eccl. 2, 55 frustra faenerat, qui de -e desperat; Christus enim ... factorum omnium retributor est.

γ *excipiendi, sibi reservandi* (sc. technice in serm. iuris, cf. p. 335, 64 sqq.): VLP. dig. 8, 4, 10 (antea p. 336, 14) nam illa generalis -o 'quibus est servitus, utique est(o)' ad extraneos pertinet.

δ *sui recipiendi, recedendi*: ISID. orig. 5, 7, 1 ius militare est ... signo dato egressio in hostem ..., item signo dato -o eqs. (prae- var. l.).

2 *meton. i. q. receptaculum*: GREG. M. moral. 20, 66 (antea p. 301, 15) inferni -o domus omnium viventium dicitur.

compos.: usu(s)receptio.

receptivus, -a, -um. a recipere (receptum). i. q. vim recipiendi habens, ad recipiendum aptus: pendet gen.: PRISC. LYD. solut. 1 p. 43, 27 est proprium essentiae ... secundum suam mobilitatem in qualitate factam -am esse contrariorum (p. 44, 2 anima ... vicissim c. est -a, iustitiae ... et intemperantiae eqs. p. 44, 6. 10). *ibid.* corpora -a ... sanitatis et aegritudinis contraria vicissim accipiunt. p. 44, 5 anima ... -a earum *contrariarum qualitatum* subsistendo essentia est (p. 44, 8 anima -a q. c.). *sine gen.*: PRISC. LYD. solut. 2 p. 55, 24 ex tali ... aescia (i. esca, sc. extrinsecus intrante) in -is existente locis vaporatio efficitur in venas (Arist. somn. vig. 456b3 εἰς τοὺς δακτυλοὺς πόρους). Rocchi.

***recepto**, -āvi, -ātum, -āre. [a recipere (receptus). Mei.] GLOSS.^L V Aa R 93 -as: a[u]d ius proprium revoca[tu]s aut [re]ceptus, [re]cipis ed., qui glossam Verg. Aen. 7, 244 receptas [p. p. p.] olim explicavisse putat; sim. I Ansil. RE 73 sq. -as: ad ius [p]roprias revocas. recipis). legitur in versibus inde ab ENN. (v. l. 49), TER., PACVV., LVCR., in prosa orat. inde a LIV., SEN. philos., TAC. [it. ricettare 'hospitio excipere' et var. dial.; cf. M.-L. 7111 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3247. Cortelazzo-Zolli² 1362. Schd.-Cr.] [confunditur in codd. c. recipere p. 306, 60. 62. locus corruptus: ENN. ann. 9 (= trag. inc. 366 ed. Jocelyn) quaeque in corpore cav[s]ja caeruleo [caeli cortina -at, (i. Turnebus, caelo orta nare ceptat trad., cava cortina in textu suo Varro ling. 7, 48 locum afferens. textum alii aliter em.; fort. pertinet ad 2ba infra, cf. p. 307, 2).]

fere i. q. recipere (verba in contextu alternant p. 306, 36. 43. vis frequentativa vel intensiva, quam huic voci tribuunt grammatici l. 64. p. 306, 64. 70 sqq.), vix apparet. longe praevaluit usus trans.; refl. et intrans. sub 2a, absol. p. 306, 7. indicatur, a quo quid -etur, per praepos. ab p. 306, 74; quo vel ad quem quis [quid] -etur, per adv. p. 306, 59 sq. 64, praepos. ad l. 63, in c. acc. l. 67. p. 306, 16 sq. 59. al. [c. abl. l. 70. p. 306, 51], inter p. 306, 50, nota intra se p. 306, 28 sq.; accedit abl. p. 306, 15. 23. al.): 1 *evanida vi praeverbii*, i. q. accipere, admittere (opp. arcere l. 67): a -antur animantes (animalia l. 70 sq. p. 306, 7 sq., dei l. 69. 74): a c. respectu motus, sc. ad locum vel personam: ① -ant animantes (fere homines, sed eorum corda l. 74; animalia l. 70 sq. [cf. infra p. 306, 7 sq.]): TER. Hec. 743 meum -as filium ad te Pamphilum (cf. DON. ad loc. 3 non 'recipis', sed '-as'. 7 frequentativo usus est, quod non raro, sed frequenter -et). LIV. 5, 8, 2 Volscos mercatores vulgo -ando. TAC. ann. 3, 60, 1 eodem subsidio (i. templis) obaerati adversus creditores ... -bantur. 4, 41, 1 adsi- duos in domum coetus arcendo ... aut -ando. CARM. epigr. (Dicti studiosus: Scritti ... offert a S. Mariotti, 1990, 122; Praeneste, a. 170) 4 diva Fortuna [deam] felix felicem rite -es, oro (i. i. effigiem tuam, ut vid.). SOL. 12, 4 delphini catulos in faucibus -ant (item respic. animalia: 25, 7 cum pugnatur, elephantum fessos vulneratosque in medium -ant [pendet e p. 337, 66]). ITIN. Alex. 44, 100 donec aditu reserato ... Alexander -retur vel copiae. AVIEN. Arat. 377 Iuppiter Castora Pollucemque caeli ... in celsa -ans. PRVD. cath. 4, 32 corda infusum ... deum -ant. CYPR. GALL. Ios. 308 (sec. 9, 15) Iosue suscipit orantes veniam castrisque -at. COD. Theod. 7, 14, 1 qui ...

ausi fuerint burgarios vel sollicitare vel -are. CASSIOD. var. 5, 42, 8 alter pugnator se gestabili muro cannarum contra saevissimum animal ... -tus includit. ② -ant ipsa loca (exempla act. tantum, cf. pass. e. g. p. 305, 66; -at pars animalis l. 7): SEN. epist. 86, 10 (agitur de balneis) ea loca, quae populum -bant. VAL. FL. 1, 833 altera porta Tartari ... populos reges- que -at (SIL. 13, 531 una p. -at bellicosos. cf. PAVL. NOL. carm. 27, 362 qua ianuā primā -at [absol.]). SOL. 53, 20 ut superficies earum testudinum marinarum domum faciat et numerosam familiam non arte -et. IVVENC. 1, 455 (sec. Matth. 5, 3) humiles caeli regnum sublime -at. 3, 329 (sec. Matth. 17, 4) tria tentoria vobis ... frondis faciam ..., quae vos aulaea -ent. PAVL. NOL. carm. 14, 82 una dies cunctos vocat, i. loca sancta visitantes, una et Nola -at. epist. 32, 13 (in basilica) conchula capaci sinu -at orantes. *al.*

β *minus vigente respectu motus localis -atur aliquis in statum, conditionem sim.*: APVL. met. 10, 23, 6 quidam adeo pius fuit, ut puellam ... domus suae tutelā -ret. PANEG. 3, 25, 4 quicumque ... se ... strenuum praebuit, in consortium munerum -atur (IVL. VAL. 1, 48 l. 1500 quod Abderitae Alexandrum in amicitiam ... -assent). CLAUD. 3, 308 Rufinus Scythiam ... -at auxilio (i. Scythas, ut sibi auxilientur; -tempt-, -tent- var. ll.).

b -antur res: α *corporeae* (sc. fere quas aliae res in se admittunt; aliter l. 31 sq.): SEN. nat. 2, 10, 2 terrenas exhalationes -at aëris pars ima. epist. 92, 10 caro ... -andis tantum cibus habilis. LVCAN. 7, 810 placido natura -at cuncta cadavera sinu. SIL. 14, 53 Arethusa suum piscoso fonte -at Alpheon. STAT. silv. 1, 4, 122 cumba minor, cum saevit hiems, ... -at aquas (sim. -atur aqua in navigium: IVVENC. 2, 31 [sec. Matth. 8, 24] inlisos ... super laterum tabulata -ant fluctus). ITIN. Alex. 39, 87 amnis harenis bibitur et -atur. HIL. in Matth. 4, 13 (in imag.; respic. Matth. 5, 15) synagogam digne dominus modio comparavit, quae susceptos fructus in- tra se tantum -ans certum modum ... observantiae continebat. AVIEN. Arat. 1156 caput Andromedae sideris freta ... -ant (cf. gr. 629 δῶναι ... κεφαλῇ). PROSP. epigr. 65, 9 verbum carni insertum carnemque -ans (eodem spectat: 66, 17 Christus nostri generis c. cum morte -ans). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31, 23 p. 404^D (descr. pars corporis) exinde ... gemini quidam rivuli ... -ant, ille quidem spiritum, hic autem sanguinem (gr. περιέχοντες). respic. capacitatis recipientis: CARM. de pond. 73 cotyle cyathos bis ternos una -at (cf. 67 sq. cotylas ... recipit geminas sextarius unus).

β *incorporeae*: ① *quas -ant res: in arte gramm.*: TER. MAVR. 965 litteras ... -ant saepe ternas syllabae. VIRG. gramm. epist. 5, 6, 3 participium ... superlativum ... -at. 6, 1, 7 quod pronomen per omnes cassus hanc eandem 'h' litteram -at, ut 'haec, huius' eqs. in arte lo- gica: MACR. somn. 2, 14, 26 non ... animae essentia motus est, cuius contrarietatem -at (i. quietem; antea: recipiat. cf. locum sim. 2, 16, 6 ad- mittat). ② *quas -ant animantes* (viscera pro hominibus posita l. 53, terra per prosopop. l. 48): spectando vel videndo (sc. laete, benevole): PANEG. 4, 5, 4 obtutus hominum benignus -as. IVVENC. 2, 781 (sec. Matth. 13, 20) sunt alii, laeto qui pectore nostra, sc. verba, -ant. CYPR. GALL. deut. 155 tellus ... aures commodet et sonos -et (sec. deut. 32, 1, ubi Vulg. audiat terra verba mea). generi cuidam ascribendo: VIRG. gramm. epist. 3, 27, 4 quidam 'u' litteram inter vocales non -arunt. epit. 2, 2, 7 'c' ... in copulativis recte -anda est. vario modo admittendo: EVCHER. epist. ad Val. p. 721^D fidem Syrus, fidem -at Hispanus. LAVRENT. paen. p. 98^A libidine fuscata viscera profusus iterum fletibus albert meritaque -ant (meritumque -ent ed. Migne, corr. Gribomont, Novarien 18, 1988, 168).

2 *vigente vi praeverbii q. e. rursus, retro* (accedit rursus, rursus p. 307, 2. 8): a i. q. retro ducere, sc. non nisi usu refl. (intrans. PACVV., cf. p. 334, 52 sqq.), ita ut (se) -are significet i. q. recedere, retro ire (indicatur quo praeter l. 66, ubi describitur situs per speciem motus): α *se -ant ani- mantes*: TER. Haut. 968 ibi ... semper erit tibi ... victus, vestitus, quo in tectum te -es (recipies, recipias var. ll.). PACVV. trag. 225 ubi ea est? quo[d] -at? exul incerta vagat. AMBR. epist. 4, 12, 6 qui homines quasi ferae ac bestiae in spelaea ferarum ... sese -ant (recipiunt, recipiant var. ll.). β *se -ant res naturales*: VERG. georg. 1, 336 caeli menses et sidera servā ... Saturni sese quo stella -et (SERV. ut ex frequentativo verbo nobis ostenderet Saturnum bis ad unumquodque signum reverti [sc. retrogradi- entem]). PERS. 6, 8 qua ... multā litus Liguriae se valle -at.

b i. q. rursus accipere: α *amissa, relicta sim.*: ① -ant animantes: LVCR. 3, 505 aegrotus redit in sensus animamque -at (cf. p. 330, 42). VERG. Aen. 10, 383 Pallas hastam ... -at ossibus hostis haeren- tem (sc. extrahendo, cf. p. 335, 50 sqq.; locum explicat SERV. ideo frequenta- tivo usus est, quia ... hastam ... avellere facile non poterat; et expressit ... molitionem extrahentis, [add. auct.]; ergo '-at' est frequenti concussione divellit. sim. MACR. verb. Passalacqua p. 51, 13 sq.). PS. AVR. VICT. epit. 35, 2 Aurelianus Romanum orbem triennio ab invasoribus -vit. CYPR. GALL. lev. 239 (sec. 25, 27) debitor illa -et, quae fuerant transcripta prius.

[Sannicandro]

② -ant *res naturales* (hucine iam ENN. p. 305, 49?): LVCR. 2, 1001 quod missumst ex aetheris oris, id rursum caeli rellatum templa -ant (*item rursus absorbendo* [cf. p. 331, 17]: OV. am. 2, 16, 26 Charybdis fundit et effusas ore -at aquas [repo(r)tat var. ll.]). PHOC. carm. de Verg. 46 *natus est*, quo tempore Chelas ... Phaethon ... -at (*i. sol Libram signum rursus intrat*).

β *ea, quae pro aliqua re redduntur*: CYPR. GALL. exod. 258 (sec. 6, 1) *Moses haec rursus verba dei* -at.

deriv.: receptabilis, receptaculum, receptatio, receptor (-trix).

receptor, -ōris m. a recipere. *scribitur litt. graecis* l. 36. *formas masc. et fem. affert* CHAR. gramm. p. 53, 5 -r, receptrix. *de notatione* v. l. 18. 34sq. *legitur inde* a CIC. (cf. p. 308, 4sq.), TAC., *in versu* PRVD. l. 70. [confunditur in codd. c. praeceptor LEX Burg. Rom. 18, 1 ISID. orig. 8, 11, 42.]

i. qui recipit (praecipue homo, sed deus l. 44. 54. 57sq. 68sq., locus vel res l. 23. 42; quasi pro adi. l. 23; c. gen. obi. praeter l. 28sq. 70 [fort. addas l. 51]; cf. receptor): 1 accipiendo, admittendo, suscipiendo (sc. evanida vi praeverbii; cf. GLOSS. -r: ὑποδοχεύς [v. etiam p. 303, 8]): a c. respectu iuris: α -r est, qui contra ius recipit (cf. var. lect. p. 303, 9): ① homines, sc. delinquentes vel proscriptionis (c. colore abscondendi; cf. l. 30): CIC. Mil. 50 Milo Clodium noctu ... pleno latronum in loco occidisset; ... sustinisset crimen ... ipse ille latronum occulator et -r locus (VLP. dig. 1, 18, 13 pr. praeses debet -es ... eorum l. furumque coercere. PAVL. sent. 5, 3, 4 -es adgressorum itemque l. [sim. LEX Burg. Rom. 18, 1]. FIRM. math. 4, 14, 10 l. conscios et -es). CALL. dig. 47, 14, 3, 3 -es abigeorum. GAUD. Aug. c. Gaud. 1, 18, 19 p. 213, 25 Christianorum -es proscriptionibus territi. ② furta (aliter l. 39): VLP. dig. 47, 9, 3, 3 -es non minus delinquant quam adgressores (antea: qui rapuit ..., qui recepit). TERT. nat. 1, 2, 6 (nisi ad l. 20sq. pertinet) consequentia exigitis, quotiens homicida caedem egerit, ... quibus spoliis sociis -bus. AVG. serm. 178, 3 (in enumeratione) rerum alienarum raptor aut delator aut -r.

β *cetera exempla; -es sunt, qui varia munera suscipiunt*: vades, praedes sim.: SYNON. Cic. p. 448, 2 vades. praedes. -es. fideiussores. sponsores. expromis(s)ores. satisfactores eqs. GLOSS. iurispr. αὐτοῦ P 6 ῥέκντωρ; ἀνάδοχος (i. pro -κέρτ-). arbitri (cf. p. 303, 14): GLOSS. -r: auctor (vel actor) concordiae, medius.

b vario respectu recipiuntur: α res: corp.: TAC. ann. 4, 23, 2 erat illi duci Numidarum praedarum -r ac socius populandi rex Garamantum. SERV. auct. georg. 1, 109 scrutatores vel -es, aquarum aquilices dicuntur (i. repert- olim legebatur, fort. recte). incorp.: AMBR. Aug. c. Pelag. 4, 11, 31 p. 564, 28 si ... introitus in hanc vitam -r est delictorum. exhort. virg. 5, 33 Iohannes discipulus bonus -r gratiae. RVFIN. Adamant. 4, 6 deum -em assignas malorum (gr. δοχείον. item de deo: PETR. CHRYS. serm. 168, 3 criminis [v. l. 57]). LEO M. epist. 130, 3 Conc. 5 II 4 p. 84, 15 (c. colore probandi) ut haeretici ... -em me Nestoriani erroris assererent. ORIG. in Matth. 13, 17 p. 224, 23 (spectat ad 18, 6sq.) parvuli sunt, scandali -es ([gr. ἐπιδέχονται τὸ σκανδαλισθῆναι, ut sim. 13, 21 p. 239, 22]. 13, 22 p. 240, 30 [gr. aliter]).

β homines (animae l. 58): ① quaelibet exempla: AMBR. in Luc. 6, 66 (spectat ad Matth. 10, 11) non ... eadem cautio -i mandatur (hospitii, (an meton., i. hospitium? aliter nos vol. VI 3, 3039, 60sq.)). IND. capp. bibl. Matth. A 37 p. 26 (spectat ad 10, 41) Iesus -em ... iusti mercedem iusti accipere manifestat. AVG. civ. 7, 3 p. 277, 15 Marti et Orco, uni effectori (mortium), alteri -i (i. meton., i. mortuorum; cf. ISID. orig. 8, 11, 42 Orcum ..., quasi -em m.). PETR. CHRYS. serm. 168, 3 (ad Luc. 15, 2 peccatores recipit) deus non criminis, sed hominis est -r (item de deo: SACR. Gelas. 720 fidelium -r animarum). MART. BRAC. fem. vit. 4 l. 50 dicentium esto tacitus auditor, audientium promptus -r (i. codd. plerique, adeuntium var. l., auditorum ed. Haase). ② in rebus ecclesiasticis; recipitur aliquis: in communionem: AVG. bapt. 3, 2, 3 p. 199, 3 cum -bus haeticorum et schismaticorum. c. Emer. 11 p. 195, 22 innocentis ... -em. in certam quandam ecclesiam: EPIST. pontif. 636 Thiel 14, 23 p. 375 quisquis propriae desertor ecclesiae ... ad aliam putaverit transeundum temereque susceptus fuerit et promotus, ... vel ipse vel -r eius atque provector punietur.

2 rursus accipiendo (sc. vigente vi praeverbii); recipiuntur: a homines: PS. CYPR. ad Novat. 11, 2 dominus Christus peccatorum remissor et paenitentium -r (cf. PS. AVG. serm. Migne suppl. 2, 1336 ut paenitens ... patrem -em deum reperire mereatur). PRVD. cath. 12, 144 Moses -r civium (sc. in libertatem). b regiones amissae: EVTR. 9, 13, 2 triumphum quasi -r orientis occidentisque egit (Aurelianus ut: HIST. AVG. Aurelian. 26, 7 imperator Romani orbis et -r o. OROS. hist. 7, 23, 5 o. et aquilonis -r. cf. p. 306, 74 et in nummis eiusdem e. g. Inscr. numm. imp. V l. p. 280 n. 141 restitutor orientis).

f. **receptrix**, -īcis (cf. etiam CHAR. p. 307, 11). i. quae recipit, admittit (significantur loca et res variae, nusquam tamen animantes; accedit gen. obi. praeter l. 13, ubi vox pro adi. ponitur); recipiuntur: 1 corporea: CIC. Verr. II 4, 17 praedarum ac furtorum -x (Messana urbs ut: 4, 150 f. ac praedarum. 5, 160). PS. APVL. Ascl. 2 terra sola ... omnium est -x omniumque generum ... restitutrix. PS. PROSP. vocat. gent. 2, 14, 23 in ... arca Noe universi generis animalium ... -e. 2 incorporea: in philosophia: APVL. mund. 19 p. 333 temperantia est -x ... naturarum ad diversa tendentium (gr. 396b6 ὑποδεχομένην). CHALC. comm. 278 silva corporea, i. ὄλη, est omnium qualitatū -x (CANDID. gen. div. 10. vice versa -x est ipsa qualitas: PS. AVG. categ. 12, 129 contrarietatis. 13, 142 magis et minus, quorum q. ... diximus esse -em [ad rem v. Arist. categ. 10b26]). EVSTATH. Basil. hex. 6, 3, 2 materiam -em (gr. p. 121^B τὴν δεκτικὴν οὐσίαν). cetera exempla: AMBR. in Luc. 8, 52 anima, quae -x est salutis. HIER. Didym. spir. 5, 18 invisibilis creatura ... simplex ipsa subsistens et alterius boni -x (recepta- var. l.). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 49, 2 disciplina aurium ... honestarum vocum -x. 5, 59, 1 innocentia ... proprii operis ... -x. AVELL. 94, 8 humana est facta natura vitiosa, -x ... mali. PS. PROSP. vocat. gent. 2, 26, 44 ut gratia ... primam sibi -em ... donorum suorum praeparet voluntatem. FVLG. RVSP. epist. 14, 24 l. 997 divinitas ... -x non potest esse tristitiae (sim. 17, 3 l. 110 mutabilitatis ... -x esse non potuit divina maiestas).

receptōrius, -a, -um. a recipere. i. q. ad recipiendum aptus: 1 adi.: TERT. resurr. 27, 5 cur Isaias (26, 20) cellarum proamarum potius vocabulo usus est et non alicuius loci -i? COD. Theod. 6, 30, 3 primicerii scriniorum, -orum etiam (sc. scriniorum, ubi recipitur pecunia sim.? nisi est subst. neutr., ut ad 2 pertineat). 2 neutr. pro subst., i. q. receptaculum sim. vel deversorium: SIDON. epist. 5, 17, 10 progredi episcopum de -o. GLOSS. p. 299, 48. GLOSS.¹ I Ansil. DI 1295 divorsorium: -um, hospitale. quodlibet (c. gen. rei receptae): HIPPOCR. num. sept. 42, 16 qui umor est animae -um, id est sanguinis. vict. 1, 10, 1 ventrem ... maximum -um ... sicci et humidi (gr. ταμι(ι)εῖον).

receptrix v. receptor. 1. receptor v. recipio.

2. ²receptus, -ūs m. a recipere. gen. sing. -uis e con. dub. p. 304, 16. de notione v. p. 309, 54. legitur in prosa orat. inde a CIC. eiusque fam., CAES. et corp. Caes., SALL., LIV. (fere 70^{ies}), in poesi raro inde a PVBLIL., VERG. (singulis locis), OV. (bis); saepe dat. fin. -ui (LIV. 42^{ies}), cf. l. 53sq., raro plur., v. l. 60sq. p. 309, 7sq. 62 et saepius sub IB. [it. ricetta, francog. vet. (et var. dial.), prov. vet. recet 'hospitium, refugium' sim. (cf. p. 309, 49); francog. helv. rəsá 'convivium post messem vindemiamve paratum'. cf. M.-L. 7112sq. Battisti-Alessio V 3248. Cortelazzo-Zolli² 1362. Wartburg X 146. 148sq. Schd.-Cr.] [confunditur in codd. praecipue cum recessus l. 60sq. p. 309, 53 (in falsa var. l. AETNA 336 PRISC. periheg. 189), regressus l. 62. p. 309, 33, praeceptus p. 309, 68 (restit. p. 309, 71).]

i. q. actio recipiendi (metonymiam v. sub IB): 1 subest notio sui recipiendi, recedendi (saepe accedit adi. tutus, e. g. p. 309, 8sq. 18sq. 37sq. 54sq.). A usu communi (indicatur, quis se recipiat, per gen. vel pron. poss. p. 309, 2. 27sq., quo per praepos. ad vel in cum acc. p. 309, 12sq. 17sq. 36sq. 40sq., unde per adv. vel praepos. ab l. 58. p. 309, 38sq. al.): 1 in re militari et usu inde derivato: a varia exempla: α in iuncturis selectis, sc. fere dat. -ui (quam formam a quibusdam inter adv. pont scribunt CHAR. gramm. p. 245, 23 DIOM. gramm. I 407, 28): ① -ui canere (-ūs c. l. 61sq., in -um c. AMM. 19, 11, 15. 20, 11, 8; adde p. 309, 55 et cf. -ui carmen QVINT. inst. 9, 4, 11): ② in compar. vel imag. (cf. Otto, Sprichw. n. 1510): CIC. rep. 1, 3 teneamus ... cursum ... neque ea signa audiamus, quae -ui canunt. Tusc. 3, 33 a quibus miseris cum ratio cecinit -ui. al., v. vol. III 265, 60sq., quibus adde e. g. OV. met. 1, 340 bucina Tritonis cecinit iussos inflata -us (-cess- var. l.). trist. 4, 9, 31 cane, Musa, -us (-cess-, -gress- var. ll.). COLVM. 6, 23, 2 vaccae libenter recurrit, cum pastoralis signo quasi -ui canitur. FRONTO p. 130, 13 quando orationi finiendae -ui canendum. ③ proprie: CAES. Gall. 7, 47, 1 Caesar -ui cani iussit (canere var. l.). et saepe, v. vol. III 265, 58sq. 65sq. 266, 39sq., quibus adde e. g. MACR. somn. 2, 3, 9 ut et ... progressui et ... -ui canatur.

② signum -ui (s. in -um l. 72sq., -ui symbolon ISID.): ② cum variis verbis: CIC. Phil. 13, 15 -ui s. aut revocationem a bello audire non possumus. SEN. dial. 3, 9, 2 inutilis est miles, qui s. -ui neglegit. ISID. orig. 18, 3, 1 ex his signis exercitus ... victoriae -ui accipit symbolon ((et) -ui Cantó Llorca). ③ cum verbo q. e. dare: LIV. 2, 62, 2 s. -ui dato (abl. absol. ut: 6, 8, 8. al. CVRT. 4, 6, 10. 5, 3, 23. AMM. 21, 12, 11 s. [in -um, dato [-ui pars edd. vet.; in -um etiam: 25, 1, 18]). 2, 64, 7 s. -ui dedit. et saepissime. SEN. dial. 5, 20, 4 CVRT. 4, 6, 13. 8, 11, 17 FRONTIN. strat. 1, 12, 11. al.

β cetera: CAES. civ. 3, 38, 3 celerem eorum *equitum* -um conspicati restiterunt *sequentes*. 3, 64, 2 hominum ... multitudine -s impediabatur. 3, 69, 4 *militēs* eodem, quo venerant, -u (-ui *var. l.*) sibi consulebant. BELL. Alex. 14, 5 ei, qui intrassent *vada*, ... ad -um ... impeditiores fore videbantur. Hisp. 25, 8 nostri equites in -u dum ad castra redeunt. SALL. Iug. 98, 3 uti suis -ui locus esset, *dux* collis duos ... occupat. SIL. 7, 331 ad ... fugam tutosque -us nunc nocte utendum est (STAT. Theb. 11, 52 fugam et t. in castra -us). *al.*

β respicitur facultas recedendi (ad B trahere possis l. 13. 21): **α in iuncturis selectis:** ① -um habere (*cf. l. 34. 39*): CAES. Gall. 4, 33, 2 ut ... expeditum ad suos -um habeant. 6, 9, 2 ad eos *Germanos*. civ. 1, 59, 2 celerem -um. PLANC. Cic. fam. 10, 11, 2 nullum alium -um Antonium ... habere, nisi *eqs.* LIV. 2, 58, 3 *Volsci* vastaverant agros, ut ... ad se -um haberet *plebs*. 30, 35, 7 liberum -um fugae. 31, 24, 15 tutum ... -um. *al. apud eundem.* ② -s est (*cf. l. 36*): CAES. civ. 1, 45, 6 hac nostris erat -s. 3, 45, 4 erat per declive -s (*ed. princ.*, -um *trad.*). LIV. 2, 65, 2 clivi, in quos ... tutus -s fuit (27, 17, 3 t. -s ad Romanos. 28, 14, 12 in aciem peditum. 28, 15, 8. *cf. 33, 8, 11 Philippo* in tuto ... -s non erat). 5, 38, 1 non praemunito vallo, quo -s esset. 25, 26, 14 Carthaginienses, quibus nusquam -s erat. 29, 34, 15 haud facilis -s (*derept-*, *decept- var. ll.*). *al. apud eundem.* ③ -um dare: CAES. civ. 1, 46, 2. 1, 46, 3 *equitatus* *nostr* tutiorem nostris -um dat. 1, 82, 5 propinquitas castrorum celerem superatis ex fuga -um dabat. 2, 30, 3. BELL. Alex. 7, 1 quod ... nullus in naves -s daretur.

β exempla cetera: POMP. Cic. Att. 8, 12^c, 2 *undique* contrahere copias *non* expedit, ne -um amittam. CAES. civ. 3, 46, 1 Caesar -ui suorum timens (3, 69, 2 -ui suo). 3, 51, 6 Pompeianis ... res ad -um difficultatem adferebat (*cf. Liv. 32, 12, 3 non* faciles ad -um angustias. 32, 17, 8 difficile ad -um locum). LIV. 8, 19, 8 *dux* brevitate ipsa loci facillique -u ... militem ... est tutatus (29, 7, 2 haud f. inde -u). 23, 43, 7 explorato cum firmisque praesidiis tuto -u praedatum ierat (38, 6, 7 iam vix t. -u [re-gressu *var. l.*]. 42, 59, 5). *al. apud eundem.*

2 extra rem militarem: **a translate (fere indicatur, quo [sc. ad quem statum sim.] quis recedat):** CAES. civ. 1, 1, 3 *Lentulus* ait habere se ... ad Caesaris gratiam atque amicitiam -um (-turum *var. l.*). LIV. 3, 2, 5 si *Aequos* paeniteat, tutum -um ad expertam clementiam fore. 28, 25, 13 omnia circumspectantes consilia nihil reliqui habebant praeter non tutissimum a malis consiliis -um, ut *eqs.* 42, 13, 3 Graeciae civitates ... eo processuras esse, unde -um ad paenitendum non haberent. PANEG. 2, 9, 1 quis ... publicis rebus non putasset inimicum tuum illum a statione castrensi ad quietem -um? **b proprie recedunt: res naturales:** TERT. orat. 11, 3 si irascendum est, non ultra solis -um (*i. occasum*; v. *Eph. 4, 26*). PANEG. 8, 6, 4 tot dierum ac noctium -u recursuque *aestuum*. *animantes:* SOL. 2, 48 (*antea: aves quaedam* nidos moliuntur bifori accessu) ut lux et morantes *mane* excitet et *vespere* -ui (*i. fere se recipientibus*) non denegetur. DON. Ter. Andr. praef. 3, 6 (*spectat ad v. 70*) ideo Terentium vicinitatis mentionem fecisse ..., ut modico -u (*recepti var. l.*) et adesse et abesse personam intellegamus.

B meton. fere i. q. locus tutus, refugium (sc. quo homo vel animal se recipere potest; v. etiam ad A1b; fort. addas p. 353, 22): CAES. civ. 3, 110, 4 fugitivis ... certus erat Alexandriae -s. SALL. Iug. 50, 3 ne forte *mons* cedentibus advorsariis -ui ac post munimento foret. VERG. Aen. 11, 527 in vertice montis planities ignota iacet tutique -us ([*recessus var. l.*; *cf. SERV. male* quidam 'r.' legunt; nam '-s' dicitur, quo se tuto exercitus recipit; unde et signa -ui canere dicuntur. *inde* ISID. orig. 18, 4, 4 GLOSS. V 172, 46]. PS. SIL. 8, 181 huc rapies ... viam t. que -us). STAT. Theb. 7, 443 placuit sedes fideique -us. TAC. ann. 13, 55, 2 *Romani* servarent ... -us gregibus inter hominum famem ([*receptos ... famam trad.*]. *item de -u animalium:* SOL. 7, 29 *perdices* spineis ... fruticibus -us suos vestiunt [*receptos var. l.*; *cf. Plin. p. 301, 29*]. 30, 17 anguium foveas et -us).

II subsunt aliae notiones, sc.: **A recuperandi:** PVBLIL. sent. O 11 (*translate*) occasio -us difficile habet ('o. *semel praetermissa aegre recipitur*' Friedrich, *ed. 1880, 208*). **B revocandi, retractandi, irritum faciendi (c. gen. obi.):** LIV. 4, 57, 4 *tribunus militum* ait, si res sineret, libenter se daturum tempus iis *collegis* fuisse ad -um nimis pertinacis sententiae. **C accipiendi, admittendi sim.:** *spiritum*, *sc. hauriendo:* QVINT. inst. 11, 3, 32 *spiritus* nec brevis ... nec in -u (*prae- var. l.*) difficilis. 11, 3, 53 -s longior et non opportunus. *animantes:* TERT. scorp. 10, 1 cum animae de corporibus excesserint et ... de [-u], dispici coeperint ([*Latinius, recepto ed. princ.*, respecto *cod.*]. *sc. in caelum* ut: 10, 5 ut ... illic de -u [*recepto Vrsinus, praefecto cod.*] examinarer, quo nisi admittendus pervenire non possem. *fort. huc spectat locus lacunosus* CE 662, 5 [a. 363] picinus ... -us [i. -ūs?]). PAUL. NOL. carm. 18, 81 *anima* in ... corpus revocata remixto corpore communi metet *fructus* indiscreta -u. OROS. hist. 1, 20, 3 quae *ianua* ad contrudendos damnatos -ui foret.

asca, basca, ... **recerel** ANTIDOT. Brux. 88. *vox magica obscura. Sannicandro.*

?recerno, -ere. *a re- et cernere.* NOT. Tir. 25, 80 -it (*in serie compositorum*). [*vix recte trad.* COD. Theod. 15, 1, 38 ut ... libero spatio -antur *aedificia* (se- *Gothofredus*).]

recerpo v. recarpo.

recertator, (-ōris) *m.* *a* recertari. GLOSS.^L II Abav. RE 13 -r: antagonista (III Abstr. AN 4 a.: -r, incitator), provocator ([i] -cent- *vel* -cept- *codd.*).

recertor, -ārī et **recerto**, -āre. *a re- et certare.* NOT. Tir. 34, 84^a -at. *i. q. contra certare:* RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 182, 39. 190, 11 hi, qui ... ex sua corripī persona non sustinent seu ad -andum continuo irritantur. 208, 3 *Christiani* nihil ulterius contra ... *haeretici* vesaniam -antes. 222, 18 in hoc idem ... Cyrillus -batur.

deriv.: recertator.

?recessa, recessē, recessim v. recedo.

Holmes.

recessio, -ōnis *f.* *a* recedere. *abbreviari vid. re p. 311, 4.*

legitur semel apud VITR., bis in VET. LAT. et inde a saec. IV² non nisi in orat. soluta; plur. l. 29sq. [*ex addit. unius cod. AVG. trin. 3, 6, 11 ex tempore accessionis et -is; e con. Stephani pro se-* GLOSS. II 468, 39 ὑποχώρησις: recessus, -o.]

i. q. actus recedendi vel status eius, qui (quod) recessit, remotus est (unde quis quidve recedat sim., indicatur per praepos. ab l. 42. 45. 68 et sub 2c; gr. resp. ἀποστασία, nisi aliud annotavimus); vis praeverbii spectat potius: **1 ad motum retro contrave motum aliorum versum (hucine l. 39sq. et 2e?) vel ad actionis, rei vim minuendam, reducendam sim., sc. ad magnitudinem fort. priorem (maxime l. 30sq. 35, fort. et VITR.):** VITR. 1, 6, 9 in tam magno spatio *terrarum* unus ventus vagando inclinationibus et -bus varietates mutatione flatūs facit. PS. SORAN. quaest. med. 125 *febres quaedam* accessiones ... et -es habent (*item de febribus*: ISID. orig. 4, 7, 10 a. vel -um revolutio. *ceterum:* MACR. somn. 1, 6, 81 [*inter septem corporis motus*]. 2, 9, 3 Oceani a. ... et -o. *cf. etiam l. 20*). MACR. somn. 1, 18, 19 in posteriora signa migrando ... mundanae volubilitati contraria -e versantur (*antea:* quinque stellarum recessum; 18 *solem* contrario motu recedere). EVSEB. EMES. serm. 21, 7 *cum ignis exstinguitur aqua*, -o magis ignis est quam corruptela.

2 ad motum, quo quis (quid) alicunde quolibet avertitur, se alienat sim. vel omnino perit; respicitur actio, cogitatio sim.: **a cuiuslibet:** VET. LAT. Matth. 19, 7 (cod. 27) dare libellum repudii vel -is (*sim. loco gemino* Marc. 10, 4 [*ibid.*] l. -is vel r.; *utrobique gr. ἀποστασίον, cod. 3. al. et Vulg. repudii tantum; an locos ad 1 trahas?*). MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 31 l. 51 in primo existentiae dei filii actu ... passio exstitit ... -is a patre (*eadem res explicatur:* CANDID. gen. div. 4 [*antea:* generationem dei filii a deo ... esse ... iuxta effulgentiam] refulgentia ... assignat ... -em quandam secedentem in propriam substantiam). SERM. Arian. frg. 20 -o animae a corpore. HIER. in Os. 9, 11 l. 297 (*ad 9, 12 cum recessero ab eis Israelitis*) -o mea sive declinatio mea (*fere idem l. 299*). in Matth. 12, 26 -o daemou-

num, *sc. ab Iesu expulsum*. AVG. serm. 88, 23 (*ad Is. 52, 11 recedite ... et immundum ne tetigeritis*) istam -em spiritualiter intelligimus *eqs.* HESYCH. in lev. 17, 4 p. 1003^B *deus* invenit modum ..., per quem ... *Israelitas* removeat a figuris (*sc. sacris eorum officiis veritatem christ. praefigurantibus*), quando tempore (*tempus restituendum vid.*) harum *figurarum* -is fuerit (*sc. veritate christ. praesente*). CONC.^S II 5 p. 143, 27 (*episcopus officio recedit*) licet onus nullum ex -e mea futurum sit (*Migne gr. 37, 300^B ὑποχώρησεως*). GREG. M. moral. 5, 78 l. 41 *sancti spiritus* -e animus vacuus. 31, 49 (*explicat allegoriam*) *praedicatores* dum per diversa fugiunt, quasi quosdam -is suae saltus dederunt. GLOSS. anachoresis: remotio vel -o.

b eius, qui deficit, alienus est a deo, fide christ. vera sim.: VITA Anton. 68 p. 73, 23 sciens nequitas ipsorum *schismaticorum* ... et -em (*Euagr. p. 939 transgressionem*). HIER. in Ezech. 20, 8^a statim ... recedunt a deo, ut nullum sit spatium inter vocationem et -em. in Tit. 3, 10 l. 321 (*antea:* *haeretici* de ecclesia recedentes) quae -o propriae conscientiae videtur esse damnatio. SECVNDIN. epist. p. 895, 5 -em tuam ad veritatem ... converte. CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 118, 28 -is concilium *non* ad communionem suscipere (p. 173, 28. 175, 24 principem -is c. [*utrobique apostatarum alia vers. I 5 p. 364, 18. 367, 24*]). RVSTIC. Conc.^S I 4 p. 130, 19 et orthodoxorum instantiam et haeticorum -em. EVSEB. EMES. serm. 19, 8 ab eo deo -o et daemonibus coniunctio. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 2, 18 p. 50, 11 voluntariam -em (*postea: se a collegio fidelium segregarunt*). **c eius, qui se a saeculo, peccatis sim. avertit:** PAUL. NOL. epist. 12, 7 voluntaria ab hoc saeculo -e. AVG. fid. et op. 11, 17 a talibus *peccatis*. in psalm. 75, 14 l. 16 a vetere vita. HESYCH. in lev. 6, 24 p. 853^C a malo -o. PS. ATHAN. c. Apoll. 1, 2 l. 41 per ... -em peccati (*gr. p. 1096^C ἀποχῆς*). **d eius, qui seditionem, rebellionem facit:** CASSIOD. Ios. antiq. 18, 4 p. 513 -em facere (*gr. ἐπὶ ἀποστάσει*). ORIG. in Matth. 17, 26

p. 656, 27 *ut traderent eum Christum ... quasi -is auctorem eqs.* **e** *eius, qui moritur (non nisi in inscr. christ., vix de sepultura; an ad 1?)*: CIL XIII 1029 -o bon(a)e memoriae Viviani, cum fecerit Octob(er) dies VII, an(norum) XLIII. 1030 (*si recte solvitur* INSCR. christ. Diehl 2845B) re(ces-sio) b(onae) m(em)or(iae) Victoriae, c(um) fecerit Ianuarius d(ies) XXII. 1158 -o Valentioni(s?) XI K(a)ll(endas) Iunias. *Keeline.*

recessor, (-ōris) *m.* a recedere. *i. qui recedit*: GLOSS. II 169, 24 (*in marg.*) anachorita: -r. *Hillen.*

recessum et 1. recessus, -a, -um *v.* recedo.

2. recessus, -ūs *m.* a recedere. *abbreviatur r p. 314, 63, rec p. 314, 62, recess p. 314, 64.* *formae decl. II^{ae} leguntur raro in codd. medii aevi, e. g. p. 314, 45 et CASSIAN. conl. 5, 26, 1 -ūs (-os codd. plerique); neutr. recessum v. p. 280, 34.* *de notione (v. etiam p. 314, 23):* SYNON. Cic. p. 442, 23 -s. secessus. ... adyta. delubra. GLOSS. -s: ὑπόστασις. ὑποχώρησις. locus secretus. -us: helustras (*anglosax.*). GLOSS.¹ I Ansil. RE 106 -s: sinus. *al.* *legitur in orat. soluta inde a Cic., CAEL., CAES., LIV., VITR., in versibus inde a VERG., OV.* [*francog. vet. resois 'solis occasus', med. reces 'otium' aliisque notionibus (recez, recés in iure et administratione rei publicae), prov. recés 'refugium amantium', cat. racés, recés 'locus securus'; ab -s ortum esse it. cesso 'latrina' putant quidam infra citati. cf. M.-L. 7114. Battisti-Alessio II 879. V 3217. Cortelazzo-Zolli² 327. 1331. Wartburg X 143. Coromines VII 173sq. Schd.-Cr.] *[confunditur in codd. e. g. cum 2. receptus p. 308, 44, recens MANIL. 4, 187 COLVM. 8, 17, 9 MART. CAP. 6, 652. al., recursus LVCAN. 6, 445 HEGES. 5, 34, 1 (in falsa var. l. VAL. MAX. 6, 9 ext. 7), regressus SOL. 35, 7 VITA Hil. Arel. 22 l. 17, secessus SEN. Herc. f. 709 PRVD. perist. 11, 221 CASSIAN. inst. 5, 21, 4. al. (restit. VAL. MAX. 7, 2 ext. 12).]**

I significatur actio recedendi (potius facultas l. 69. p. 312, 2sq.; opp. e. g. accessus l. 33sq. 48sq. 68. p. 312, 10. al., impetus p. 312, 5. 13sq., processus l. 41. 61. 71; indicatur per praepos., unde recedatur, l. 68. p. 312, 18. 22sq. [cf. p. 312, 28], quo, l. 74. p. 312, 14. 17): **A corporaliter; recedunt:** **1 res:** **a caelestes:** CIC. de orat. 3, 178 statum esse ... mundi ..., ut luna accessu et -u suo (*sc. ad solem et a sole*) solis lumen accipiat. nat. deor. 2, 49 solis tum accessus modici tum -us et frigoris et caloris modum temperant. div. 2, 89 cum ... caeli conversiones ... tantae fiant accessu stellarum et -u *eqs.* MANIL. 2, 91 seditio pelagus nunc sidere lunae mota tenet, nunc diverso stimulata -u (-um *var. l.*). 3, 626 Cancer ... extendit ... diem summum parvoque -u destruit. APVL. Plat. 1, 10 p. 201 rerum ordinator ... reversiones earum stellarum, ortus, obitus, -us, moras progressusque constituit. AVG. gen. ad litt. 4, 22 p. 121, 13 lux corporalis, antequam fieret caelum ..., quo circuitu vel quo processu et -u vices diei et noctis exhibere potuerit, non invenimus. MACR. somn. 1, 18, 4 stellae erraticae aut caeli viam sequuntur ... aut contrario -u in orientem ... versantur. 1, 19, 27 per horum septem astrorum transitum, stationem, -umve monstrari futura. HESYCH. in lev. 4, 6 p. 822^D fit Christo moriente solis -s, terrae motus (*cf. e. g. Vulg. Luc. 23, 45 obscuratus est sol*). *al.* **b flu-entes, sc.:** *aestus, mare, flumen sim.*: CIC. nat. deor. 3, 24 eorum aestuum ... certis temporibus vel accessus vel -us sine deo fieri nonne possunt? div. 2, 34 aestuum accessus et -us lunae motu gubernantur. COLVM. 8, 17, 9 piscina ..., quae profundi -u numquam destituitur. PLIN. nat. 2, 201 nascuntur terrae non tantum ... -u maris. POMPON. dig. 41, 1, 30, 3 ager -u fluminis restitutus ad pristinum dominum pertinet. SERV. Aen. 8, 696 Nili accessus -usque. PRISC. periheg. 189 Syrtis, qua tumor ... Tyr-rheni pellitur aestus accessusque furit siccisque -s harenis (*gr. 203 ἀπρω-της*). PRISC. LYD. solut. 6 p. 69, 24 -s maris Rubri (*opp. redundantia*). 6 p. 71, 8 per singulos ... dies duplices -us et accessus ... fiunt. *al.* *varia, quae per corpus recedunt vel exeunt*: VINDIC. med. 31 quo morbo eius nutrimenti fieri -us non sinatur. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 25 ut gravatae partes potius adventu quam relevatae -u materiae videantur. **c cetera exempla:** CELS. 1 prooem. 24 qui medici nocentes homines ... vivos inciderint considerantque ... processus ... singulorum viscerum et -us. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 70 dentium concubitus, ... et ... horum -s adeo, ut sit quaedam interiecta distantia oris hiscens. 2, 37, 194 concubatio lecti -u facili corpori cedens. *ibid.* ne lecti facili ... -u concava facia(n)t stramina. GREG. M. dial. 1, 7, 2 (*prodigium respicitur*) molem ... ab eodem loco longius recessisse, suoque -u largum fratribus spatium dedisse.

2 animales: *vario contextu*: CIC. nat. deor. 2, 34 natura bes-tiis ... motum dedit et cum quodam appetitu accessum ad res salutare, a pestiferis -um. SOL. 27, 18 cum premuntur a canibus, leones ... recedunt subsistentesque interdum ancipiti -u dissimulant timorem. HIST. AVG. Gall. 17, 3 ad tibicinem processit, ad organum se recepit, cum processu et -u canis iuberet. CLAUD. DON. Aen. 5, 445 p. 474, 6 Dares hunc ictum praevitavit ... et suffragio -us celeris ... frustratus est. RVSTIC. Conc.⁵ I 4 p. 73, 26 ad propria -um nobis facilem securumque esse ... deposcimus (*gr. I 1, 7 p. 73, 38 ἀναχώρησιν*). *in re militari*: CAEL. Cic. fam. 8, 10, 1

exiguitas copiarum -um, non dimicationem mihi tuam praesagiebat. CAES. Gall. 5, 43, 5 milites se sub ... vallo constipaverant -umque primis ultimi non dabant (*item in ipsa pugna*: LVCAN. 4, 514 dent fata -um ... licet, vitare instantia nolim. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 140 p. 811 Iudaei ... disiecti tam impetus quam -us ... facientes [*gr. ὑποχωρήσεις*]). FLOR. epit. 1, 13, 17 Galli, qui Romam obsidebant, mille pondo auri -um suum venditantes. 3, 6, 6 sub ipso hostis -u.

B incorporaliter: **1 generatim:** CIC. Tusc. 4, 15 metus efficit -um quendam animi et fugam. Att. 14, 17^a, 7 sapienter in oratione gradatim tum accessus a te ad causam facti, tum -us. MANIL. 4, 187 ingenium ad subitas iras facilisque -us aequale (*recensus var. l.*). VAL. MAX. 3, 6, 1 strenua ingenia, quo plus -us (-ui *fere trad.*) sumunt, hoc vehementiores impetus edunt. PLIN. nat. 10, 211 est ... somnus nihil aliud quam animi in medium sese -s. GELL. 14, 1, 23 animorum impetus -usque moveri ... desuper a caelo. MACR. somn. 1, 11, 12 anima per ... longiorem ... puritatis -um in quaedam siderei corporis incrementa turgescit. *al.* **2 speciatim de exitu e vita:** SEN. suas. 2, 2 in securam quietem -s ex vit(a) est. EVAGR. vita Anton. 19 p. 871 metu quotidiani -us et seiungendi corporis iugi expectatione omnia caduca calcabimus (*cf. gr. ἀποθνήσκειν*). PEREGR. Aeth. 10, 5 (*v. Ios. 1, 1*) post -um Moysi ... Iesus filius Nave repletus est spiritu scientiae (Ps. PHILO antiq. 9, 1 [ex-*var. l.*]. 21, 1). Ps. AMBR. mans. 25 p. 29^B est ab hac vita -s. RVSTIC. Conc.⁵ I 4 p. 128, 30 sustinere illorum de vita praesente -um (*gr. I 1, 7 p. 158, 20 μετέστασιν*). *al.*

II significatur quod recedendo efficitur vel obtinetur (indicatur distantia sim. per adi. e. g. altus l. 71. p. 313, 49sq. 314, 16. al., intimus p. 313, 42. 314, 29. al., longus l. 44sq. p. 314, 10. 12 [aliter l. 37], vastus p. 314, 8. 11. 25. al.; indicatur, unde recedatur, per praepos. l. 37. 47 [cf. p. 311, 30]; iuxta ponitur e. g. latebra l. 55. 72. al., sinus l. 61. 63. p. 314, 40. al., thesaurus AVG. serm. 112A, 7 coll. Morin p. 260, 3 et p. 313, 2):

A respicitur potius status remotus, longinquus: **1 intercedit tantum distantia:** **a potius indicatur ipse status, distantia:** **a animantium:** *locutiones variae (saepe respiciuntur, qui alieni sunt a turba, a negotiis sim.; quaedam ad b² trahere possis):* CIC. Att. 10, 4, 10 me recess[ur]um et solitudinem quaerere (*cf. 12, 26, 2 mihi solitudo et -s provincia est*). LVCAN. 2, 522 (*loq. Domitius secum*) Romamne petes pacisque -us degener? 5, 745 (*Pompeius uxori*) non longos (*i. diutinos*) a me patiere -us. CLAUD. rapt. Pros. 3, 212. SIDON. epist. 2, 2, 2 quin tu ... subduceris anhelantibus angustiis civitatibus et ... fallis clementissimo -u inclementiam canicularum? *locutio in -u, fere i. q. separatim, retro (aliter p. 314, 58):* FRONTIN. strat. 2, 3, 1 fugatis ... Afris Hispanos, qui in -u spectantium more steterant, facile in deditionem compulsi. AVIEN. orb. terr. 1061 pars procul a pelago terras colit, inque -u gens agitat (*cf. gr. 903 διαφυγίς*). **β rerum:** MANIL. 2, 84 signa longo ... summota -u (2, 677 astra ex l. coeunt summota -u. LVCAN. 3, 477 tela ex l. ... missa -u. LAVS Pis. 198 [*de latrunculorum ludo*] calculus l. venit ille -u, qui stetit in speculis. VAL. FL. 5, 556 l. ... tuta -u puppis est. SOL. 35, 7 l. ab Hieru-solymis -u ... sinus panditur). VITR. 4, 8, 2 cellae paries conlocetur cum -u eius a stylobata circa partem latitudinis quintam. TAC. Agr. 30, 3 nos Caledones terrarum ac libertatis extremos -s ipse ... defendit.

b potius indicatur locus: **a vario respectu (indicatur locus in intimo alicuius rei positi e. g. l. 54sq. p. 313, 3sq., ita ut saepe etiam cogitari possit de notione formae introrsus sinuatae sub B illustrata):** **① incorporaliter:** **α partes intimae animi sim.**: CIC. Marcell. 22 cum in animis hominum tantae latebrae sint et tanti -us (*sim. AVG. epist. 151, 4*). SEN. dial. 9, 1, 1 quaedam vitia apparebant ... in aperto posita ..., quaedam obscuriora et in -u. amic. p. 30 magnos humanum pectus -us habet. PERS. 2, 73 compositum ius fasque animo (*animi var. l.*) sanctosque -us mentis (ARNOB. nat. 6, 11 p. 320, 4 introrspicere sensus vestros -usque ipsos m. CASSIAN. conl. 7, 3, 4. al.). Ps. QVINT. decl. 7, 7 servilium pectorum -us (AMBR. paenit. 1, 14, 68 in sinu mentis et -u p. sacr. 6, 3, 13. al.). DECL. in Catil. 105. PANEG. 4, 7, 3 profundos ... cogitationum -us. AMBR. fug. saec. 2, 10 peccator eo properet, ubi verbum est dei in illo sinu patrio, id est arcano ac -u dei. hex. 6, 10, 75 deus requievit ... in -u hominis, requievit in eius mente. PRVD. cath. 4, 27 in cordis medii sinu ac -u (CASSIAN. conl. 1, 22, 2. al.). AVG. conf. 5, 8, 14 altissimi tui -us et ... misericordia tua, deus, ... praedicanda est. CASSIAN. conl. 5, 19, 3 de -bus animae nostrae penitus exterminandi sunt motus perturbationum (FAVST. REI. spir. 2, 1 p. 133, 3. al.). *al.* **β varia occulta, obscura:** CIC. de orat. 3, 101 habeat ... summa laus umbram aliquam et -um, quo magis, id quod erit illuminatum, extare ... videatur. PLIN. epist. 3, 3, 6 vita hominum altos -us magnasque latebras habet. ARNOB. nat. 1, 63 p. 59, 6 quae mysteria nulli ... scire ... queunt ..., nisi quos ipse deus dignatus est ... in abditos -us the-sauri interioris inducere. PACIAN. epist. 3, 2, 1 totos librorum -us assiduus scrutator inquiris, occulta quaeque sollicitas. TYCON. reg. praef. p. 1, 4

regulae mysticae, quae universae legis -us obtinent (*postea*: veritatis thesauros).

② *corporaliter*: ① *in aedificiis*: Ov. met. 1, 177 (*respic. domus regalis Iovis*) marmoreo superi sedere -u. 7, 670 Phocus in interius spatium pulchrosque -us Cecropidas ducit (14, 261 p. sedet illa *Circe* -u). SEN. Phaedr. 522 *priscis moribus vivens* non in -u furta et obscuro improbus quaerit cubili (*opp.* lucem petit). QVINT. inst. 11, 2, 18 domum ... magnam et in multos diductam -us. VET. LAT. Is. 26, 20 (cod. 400. *al.*) populus meus, ... intra in -us tuos (*gr. ταμεία, Vulg.* cubicula). HEGES. 5, 1, 3 p. 294, 14 sanguine ... interiores ipsos stagnare templi -us (*gr. 5, 18 θείους περιβόλους*). 5, 34, 1 Iudaei ... in ipsa inrumpunt ... penetralia: omnes -us (*recursus var. l.*), omnia occupant, quae inaccessa ... erant (*cf. gr. 6, 122 ἀβάτους*). CLAUD. rapt. Pros. 3, 82 videbatur tenebroso obiecta -u carceris ... Proserpina. ENNOD. carm. 1, 1, 31 labyrinthos ... -us. *al.* ② *in terra (in mari l. 19. 33)*: Ov. met. 3, 157 cuius *vallis* in extremo antrum memorale -u (SEN. Phaedr. 933 [*Theseus Hippolyto*] licet in -u penitus e. abditus ... regna transieris poli ..., sceleribus poenas dabis). LIV. 38, 45, 9 consul ... Phrygiae -us omnes atque angulos peragrasti. SEN. nat. 3, 28, 3 procurrit aestus ex imo -u maris. CVRT. 7, 2, 22 deversoria regionis illius magnos -us habent amoenosque nemoribus. LVCAN. 2, 632 (*Pompeius filio*) mundi iubeo temptare -us. 3, 229 movit ... eos bellorum fama -us (*item c. adi. loci*: 8, 216 remotas Medorum penetrare domos Scythicosque -us. SIL. 12, 368 Sardoos. RVT. NAM. 1, 79 te, *Roma*, celebrat Romanus ubique -s. *al.*). 5, 125 Castalios circum latices nemorumque -us (CE 469, 1 [*vix ante saec. III ex.*] inter odoratos n. ... -us). 8, 291 Caspia ... immensos seducunt claustra -us. 9, 863 (*ad deum*) per secreta tui bellum civile -us vadit. IVV. 3, 230 est aliquid, quocumque loco, quocumque -u unius sese dominum fecisse lacertae. PS. QVINT. decl. 16, 6. PANEG. 2, 2, 1 cum ... ab ultimo Galliarum -u ... properassem (2, 31, 2 in u. terrarum -u). CLAUD. 5, 242 Indorum si stagna petas rubricque -us litoris, ... veniam. SVLP. SEV. dial. 1, 17, 3 inter eius *montis* -us anachoreta esse aliqui ferebatur. BOETH. cons. 3 carm. 8, 10 fluctibus abditos norunt *homines* -us aequoris. *al.* ③ *in caelo*: MANIL. 1, 542 quantis ... ferantur finibus astra, docet ratio, cui nulla resistunt claustra, nec immensae moles (caecive, -us (i. ceduntque *trad.*)). 4, 869 conditur ... vasto natura -u, mortalisque fugit visus. LVCAN. 6, 445 per aethrios exit vox illa, *sc. magae*, -us (PAVL. NOL. carm. 22, 80 in a. animo conscende -us. MART. CAP. 1, 9. ENNOD. carm. 2, 149, 7 [*per hyperbolē de fonte*] per a. emanat limpha -us). CLAUD. carm. min. app. 2, 88 (*de Hercule*) virtus ... digna ... sidereis post membra intrare -us. ④ *in inferis*: SEN. Herc. f. 709 est in -u Tartari obscuro locus, quem *eqs.* TERT. anim. 55, 1 Christo in corde terrae triduum mortis legimus expunctum, id est in -u intimo et interno ... et intra ipsam clauso. CLAUD. 3, 379 imo barathri ... -u. 5, 524 mandate *Rufinum* barathro ... infra ... -us Tartareos (MART. CAP. 1, 22 [*vers.*]). *al.* ⑤ *in corpore animantium*: SEN. nat. 6, 24, 2 *spiritus* in visceribus et patulo interioris partis -u commoratur. STAT. silv. 1, 2, 271 cum ... tuos tacito natura -u, *sc. matris*, formarit vultus. TERT. anim. 15, 3 esse principale in anima et certo in corporis -u consecratum. CYPR. laps. 14 in altis -bus viscerum virus inclusum. NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 7, 1 (*in imag. de peccato*) sinuosi vulneris altos -us tractare (*item respic. vulnus*): RVFIN. Greg. Naz. orat. 6, 7, 3 si quis in corpore suo tumentis ... vulneris cavos intrinsecus habens -us *eqs.*). THEOD. PRISC. log. 3 cum ... vapor ... -us interiores petierit (*opp.* exteriora articulorum). PETR. CHRYS. serm. 99bis, 2 per medullarum -us, per secreta viscerum. SALV. eccl. 3, 48 *Lazarum* vermium globi etiam intra -us peresi corporis exararant. *al.* ⑥ *cetera exempla*: PETRON. 89 vers. 10 stipant graves Danai -us equi lignei. PLIN. nat. 37, 88 circulo praelucido ... neque in -u gemmae aut in deiecto residente, sed in ipsi umbonibus nitente.

β *praevalente respectu quietis, securitatis sim. (exempla certiora; vitatur fere turba sim., sed aliter e. g. l. 65. 68sq.; accedunt adi. e. g. tutus l. 67. 75)*: ① *corporaliter (in imagine l. 70)*: Ov. fast. 3, 71 iam, modo quae fuerant silvae pecorumque -us, urbs erat. 6, 755 lucus eum *Virbium* nemorisque (sui Dictynna -u, celat (i. tui, D., -us var. l.)). LIV. 5, 6, 2 *militem* hiemem opperiri nec, sicut aestivas aves statim autumno tecta ac -us circumspicere (-um var. l.). SEN. Ag. 74 non nox illis *regibus* alma -us praebet tutos. COLVM. 8, 17, 5 in ... stagnis longos piscibus -us et flexuosos in lateribus specus esse fabricandos. PLIN. nat. 10, 70 *hirundines* in vicina abeunt, apricos secutae montium -us (*cf. l. 64 et MART. 5, 67, 1 hibernos peterent ... cum ... -us Atthides eqs.*). MART. 6, 43, 9 urbis vicina iuvant facilisque -us. 7, 63, 3 (*in imag.*) Pierios tantum vati placuisse -us credis? 10, 58, 1 Anxuris aequorei placidos ... -us ... colui. *al.* GELL. 11, 3, 1 in Praenestino -u ... solus ambulans considerabam *eqs.* PAVL. NOL. carm. 16, 119 monstrat inaccessos humus incalcata -us. *al.* ② *incorporaliter*: HIL. trin. 12, 20 *fides* habebit ... inter adversa tutum defugiendi -um ... eritque ut infirmibus sunt post fugam cas-

tra. AMBR. obit. Valent. 72 sinus ... patriarcharum -s quidam est quietis aeternae.

2 *obducitur aliud*: AVSON. 27, 3 (398 S.), 33 *ostrea* protegit amnis, ut multo iaceant algarum obducta -u.

3 *respicitur potius forma a recto vel plano recedens, sc. cava, sinuosa sim.*: 1 *notione communi (indicatur aut ipsa forma aut locus ea forma praeditus; qui usus raro distingui possunt); respiciuntur*: a *specus*: VERG. Aen. 8, 193 hic spelunca fuit, vasto summota -u ([SERV. auct. -u: a vestigiis ... hominum]. *de eadem spelunca*: Ov. fast. 1, 555 longis spelunca -bus ingens abdit). AETNA 160 ora ... patula in promptu cernis vastosque -us (validosque var. l.). 336 (receptus *codd. plerique*). Ov. met. 11, 592 est prope Cimmerios longo spelunca -u, mons cavus. SEN. nat. 3, 9, 1 habere terram intra se -us cavos. 3, 16, 4. 5, 14, 1 edi e specu ventos -uque interiore terrarum. 6, 13, 3 cum supra terram frigus est, calent ... specus atque omnes sub terra -us. CVRT. 7, 11, 3 *specus* ultima ... altos -us habent. SOL. 38, 8 in cuius *specus* -u intimo Typhonis gigantis cubile positum. HEGES. 1, 30, 9 p. 55, 19 caeci intus antrorum -us. *al.* *pertinet ad antra sacrata (maxime oraculorum)*: Ov. met. 10, 691 fuerat prope templa -s, speluncae similis. LVCAN. 5, 183 in Euboico vates Cumana -u indignata *eqs.* STAT. Theb. 1, 509 salve prisca fides tripodum obscurique -us. CLAUD. 28, 29. MART. CAP. 1, 11 *Mercurius et Virtus* Cirrhaeos ... -us et sacra specus loquacia antra conveniunt. *al.* b *sinus maris (cf. ISID. nat. 44, 3 sinus maiores -us maris dicuntur, ut Caspius ..., minores autem anguli)*: Ov. fast. 4, 563 *Ceres* Sunion expositum Piraeaeq. tuta -u linquit. MANIL. 4, 613 *pontus* vasto ... -u Thessaliae fines ... praeterit. VELL. 2, 32, 4 Pompeius ... discripto paene in omnes -us maris praesidio navium ... terrarum orbem liberavit. MELA 1, 16 ad septentrionem, nisi ubi semel iterumque grandi -u abducitur, *Europa* paene ut directo limite extenta est. 1, 70 in -u intimo (PLIN. nat. 3, 99 *oppidum* in -u hoc i. situm. SOL. 27, 43). 1, 84 in -u posita Euthana. 2, 55 mare magno -u litorum acceptum (PLIN. nat. 4, 84 mare subit m. -u ... vasta ambiens spatia multasque gentes. *cf. MELA 3, 74 Arabici sinus* et os artius et latitudo minor est, maior ... -s). 3, 12 ora, nisi ubi modici -us ac parva promuntoria sunt, ... paene recta est. PLIN. nat. 3, 5 Oceanus ... Europam vel maxime -bus crebris excavans. 4, 9 Peloponnesus ... platani folio similis propter angulosos -us *eqs.* (*sim. MART. CAP. 6, 652*). *al.* SIL. 7, 410 classis ... litora Caietae Laestrygoniosque -us sulcabat rostris. 12, 439 aequor ... patulo ... -u diffundit campis secretum gurgite pontum. STAT. silv. 2, 14 placido lunata -u hinc atque hinc curvas percurrunt aequora rupes. FLOR. epit. 3, 6, 11 per omnis aequoris portus, sinus, latebras, -us, promunturia, freta. APVL. mund. 6 p. 300 *Ponti* extremus -s, in Maeotim senescit (i. *gr. 393a32 τὸ ... μυχῷ αὐτοῦ*). *al.* c *varia*: MANIL. 2, 374 convexo (-verso *trad.*) conduntur signa -u. SEN. Oed. 969 *Oedipus* ungibus lacerat cavos alte -us luminum et inanes sinus (*item de partibus corporis*: PLIN. nat. 8, 121 oculi *chamaeleonis* in -u [-o *trad.*] cavo. QVINT. inst. 1, 5, 32 *Graeci* vocant coelostomian, cum vox quasi in -u oris auditur. PHYSIOGN. 64. 72 qui ... nullum habent -um in medios pedes *eqs.*; *formam habitus corporis effectam* v. l. 53). nat. 1, 14, 1 sunt (p)utei, cum velut corona cingente introrsus ingens caeli -s est similis effossae in orbem specu. LVCAN. 5, 547 luna ... non gracili surrexit lucida cornu aut orbis medii puros exesa -us. 6, 40 *Caesar* pandit fossas ... et disponit castella iugis magnoque -u amplexus fines ... silvas ... claudit. STAT. Theb. 6, 751 *pugiles* erexere manus, tuto procul ora -u armorum in speculis aditusque ad vulnera clusi. PRVD. perist. 11, 221 adduntur graciles tecto brevior -us, qui laterum seriem ... exsinent (*item de parte cava aedificii*: PAVL. NOL. carm. 28, 182 *cella* trino ... -u dispositis sinuata locis). CARM. Année Épigr. 1994 n. 1210 (*saec. IV/V?*) sub angusto ... -u (*sc. fons?*). *al.*

2 *locutio in -u adhibetur ad indicandum, quod retro porrigitur (opp. in fronte; aliter p. 312, 40)*: *proprie in inscr. sepulcralibus (Veronensibus praeter l. 65, fere primorum saec., ut vid.)*: INSCR. Cavalieri Manasse, L'Area del Capitolium di Verona, 2008, 277 (*aet. Aug.?*) in fr(onte) (pedes) XXIII, in recessu) (pedes) XIII (i. *eadem abbrev.* Notiz. Scavi 1893 p. 14). CIL V 3562, 7 (*saec. I*) (i)n fr(onte) (pedes) VI, in recessu) (pedes) XV. 3500, 8 in recessu) (pedes) tot. 3531, 7. 3863, 1. VI 30556⁸⁶ in fr(onte) (pedes) tot, ... in agro) (pedes) (... et in -u (...). INSCR. suppl. Ital. 1257. *in imag.*: VAL. MAX. 7, 2 ext. 12 *pauper* in -u (*sec. trad.*) quam in fronte beator. QVINT. inst. 1, 4, 2 *professio grammatici* plus habet in -u quam fronte promittit.

Rey.

recestro v. recastro.
rechamus, (-ūs?), acc. -um m. [a re- et *cam-u- (*potius quam* -o-) 'incurvatio, flexus'; designari vid. *machinae tractoriae locus, ubi funis per orbiculos retro flectitur; stirps* *kam- etiam in adi. camurus (< *kamu-ro-) 'inflexus' et theod. vet. hamm f. (< *kamo-s-ön-) 'poples' agnoscitur; scriptura -ch- fort. usurpata est a voce hāmus, cum tota machina rechamo suspensa sit. Mei.] de NOT. Tir. v. p. 325, 34.

t. t. artis mechanicae, i. q. troclea (sed -um artiore sensu quam t. dici putant Callebat-Fleury, comm. ad loc. priorem): VITR. 10, 2, 1 (ad opera publica aedificanda) tigna duo a capite [a] fibulā coniunctā et in imo divaricata eriguntur ...; alliga[n]tur in summo troclea[e], quem (qu(a)e codd.) etiam nonnulli -um dicunt; in trocleam indu[u]ntur orbiculi eqs. 10, 2, 2 ad -um ... imum ferrei forficis religantur (de eodem 10, 2, 1 trocleae inferioris).

recharmido, -äre. iocose fictum a re- et nomine viri Charmides, cf. eodem loco charmidare. reflexive i. q. desinere Charmidem esse (ad sensum praeverbii cf. Moussy, Rev. Phil. 71, 1997, 234; sunt qui ad gr. χάρις alludi putent, ut simul intellegatur 'desinere laetari'): PLAVT. Trin. 977 (servus seni, quem C. se esse fingere putat; cf. 975 postquam ego me aurum ferre dixi, post tu factus es Charmides) proin tu te, itidem ut charmidatus es, rursum -a (decharm- coni. Ritschl praeter necessitatem).

rechrismaō olim legebatur CONC. Araus. a. 441 p. 78 l. 10 (ita ed. Crabbe, 1538; repetita crismatio codd.)

recidivātus, -ūs m. a recidivare, ut vid., quamquam id verbum postea invenitur. i. q. renovatio, resurrectio sim., sc. qua quid post mortem, excidium sim. recidivum fit (accedit gen. praeter l. 24): TERT. anim. 28, 2 si ... Pythagoras Platoni auctor est de animarum -u revolvibili semper ex alterna mortuorum atque viventium suffectione (resurr. 1, 6 -um animae corporalem). resurr. 18, 1 quae scripturae carnis -um pollicentur (cf. 53, 1 'corpus animale' [I Cor. 15, 44] animam esse quidam argumentantur, ut illum a carne avocent -um [illam ... recidivatam var. l.]). 30, 4 (respic. Ezech. 37, 1 sqq.) -us Iudaici statūs de recorporatione et redanimatione ossuum figuratur.

recidivo (-duo), -äre, -ātum. a recidivus (-duus). -du- in var. lect. l. 37. 45 (non iam legitur Ps. AVG. alterc. l. 395 H. [-duat vivus Migne 42, 1136^{extr.}, redidiva luce unus cod. et ed. Hillgarth]). de notione: GLOSS.¹ I Ansil. RE 122 (v. l. 41). 123 -ant: denuo ad quod prius fuerant revertuntur (-dib- vel -deb- codd.). [prov. vet. rezivar de morbis, 'redire', aquitan. (Périgord) recivā 'in morbum recidere'; a *recad- (cf. l. 72) orta sunt francog. vet. recaiver et var. dial. (e. g. delph. ræšivā, recheivīē), prov. recalivā. cf. M.-L. 7116. Wartburg X 144. Schd.-Cr.]

i. q. recidivum facere, renovare (recidivum fieri vel recidere l. 30. 47): 1 usu communi -atur affectus: Ps. AMBR. serm. 35, 1, 1 paschae mysterium ... -tum (-duatum var. l.) fidei annuae felicitatis gaudium et gloriam ministrat (subm- var. l.; de textu v. Courcelle, Rev. Ét. Aug. 2, 1956, 449). 2 t. t. med.: -at crisis vel dies criticus, quo morbus renovatur (absol., nisi l. 43 iungas -are ... egr.; huc spectat GLOSS.¹ I Ansil. RE 122 [med. p. 70] -are [-ari var. l.], id est renovare. cf. p. 317, 39 sqq.): GALEN. ad Glauc. 1, 5, 1 fol. 251^{1b} (sim. cod. Cass. p. 64^b, Vat. fol. 65^v) amat ... saepe dies artius ceticus (i. ἄρτιος κριτικός) ... -are, id est renovare atque commovere easdem egritudines. ibid. fol. 251^{va} amat ... -are in XXI diem facta crisis (sim. cod. Cass. p. 65^a [ubi -duare], Vat. fol. 66^v). -ant homines, qui in morbum recidunt: GALEN. ad Glauc. 1, 5, 1 fol. 251^{va} quidam videntur ... esse liberati et postmodum -dibunt, id est denuo egrotant (i. pro -divant; cf. cod. Cass. p. 64^b -debant, Vat. fol. 65^v -dibant).

deriv.: recidivatus (-ūs).

Bl.

***recidivus** (-duus), -a, -um. [a 1. recidere; cf. Leumann, Gramm. 1977, 304. Mei.] de origine, notione, differentia (vocem alii a cadendo, alii a caedendo dici putabant): CHAR. gramm. p. 126, 11 redidiva dicimus, quae post interitum redeunt, -a, quae ex suo casu restituuntur (affert p. 316, 14). SERV. Aen. 4, 344 -a post casum restituta (addit auct.: alii -um proprie dicunt, quod excisum denuo nascitur). 10, 58 tractus ... sermo est ab arboribus, quae taleis (Burmān, aliis trad.) sectis repullulant (pull- SERV. auct.); ergo illud solum -um dicimus, quod postea nascitur; unde modo -a Pergama dixit, quae renovantur eqs. (i. sim. ISID. orig. 17, 6, 10 -a arborum sunt, quae eqs. [postea: alii -a a cadendo dicunt ..., alii a recidendo eqs.]). GLOSS. -a: ex ruinis renascentia. renascentia, seu ablata, (mire; fort. sec. notionem verbi q. e. 2. recido). ex ruinis in integro restituta. redintegrata. redidiva vel reparata. restaurata ex ruinis.

al. de formis: -duus p. 317, 42 et in var. ll. e. g. p. 316, 49. 72 (cf. e. g. ac-, de-, oc-, pro-, suc-cidivus); formam -cativ- PLIN. phys. Sang. p. 276, 8 (v. p. 317, 53 sqq.) ad hanc vocem refert Önnersfors, 2006, ad l., ita ut scribatur -ca- ad exemplum verborum q. d. recompositorum, -t- per scripturam q. d. inversam (cf. -cit- in var. lect. p. 316, 53). legitur in versibus inde a VERG., in orat. soluta inde a CELSO, MELA. ['faenum cordum': venet. ardeliva, ardzariva, režadif, langob. (ticin.) aržadiw, redezi, rezedi, raet. occ. razdíf, or. ardzive; fort. a *recad- (cf. l. 65) ortum est hisp. recaída (Corominas-Pascual I 734 sq.). cf. M.-L. 7117. Battisti-Alessio V 3217. Schd.-Cr.] [confunditur in codd. saepe c. redivivus, e. g. p. 316, 17 26. 49; e coni. dub. SIL. 10, 256 SER. med. 49. 667. 914. al. (N. Heinsius ad CLAUD. p. 316, 29); in var. l. falsa MORET. 61 POTAM. tract. 1 l. 126 C.; v. Lan-

ge apud Curtius-Brugmann, Stud. zur gr. u. lat. Gramm. 10, 1878, 225 sqq.] vox, quam sec. etymologiam ad cadentia vel caduca pertinere exspectes, fere semper (sc. sub I) ea significat, quae post casum resurgunt, rursus oriuntur vel fiunt, renovantur sim.; qui sensus ortus esse vid. ab usu sub IA2 illustrato, cf. supra p. 315, 57 sqq. et v. Breitmeyer, Le suffixe lat. -ivus, 1933, 263 sq.

I usu communi, sc. cum notione resurgendi, fere i. q. renovatus, rursus factus vel ortus (unde quis -us sit, indicat praepos. ab p. 317, 10; cum abundantia quadam accedit rursus e. g. l. 47. 66, verba re- praefixo composita reparare l. 44. p. 317, 3, resurgere l. 19, resuscitare l. 45. 53; opp. caducus l. 48): A generatim: 1 -a sunt varia (sublucet notio herbarum renascentium [cf. 2 infra] maxime l. 26. 32. 39): a res: α corporeae: ① urbes (cf. p. 317, 2): VERG. Aen. 4, 344 (log. Aeneas; cf. p. 315, 55) me si fata meis paterentur ducere vitam auspiciis ..., -ā manu posuisses Pergama victis (7, 322 funestae ... iterum -a in P. taedae [SERV. sic taedae -ae, ut P.]. 10, 58 [cf. p. 315, 56 sqq.] Latium Teucri -aque P. quaerunt [rediv- cod. R saec. V]. SEN. Tro. 472 [redidiva var. l.]. cf. p. 317, 2 sqq.). CLAUD. DON. Aen. 10, 25 p. 295, 3 ne -a consurgat Troia. DRAC. Romul. 5, 115 Carthago -a viget post busta resurgens phoenicis in morem. ② aedificia sim.: CIL VIII 23969 (a. 383/8) (moenia) -a consurgunt (restit. Cagnat ex altero exemplari 23968^b moenia r(ecidiva)). INSCR. Alger. II 2 n. 4724 (= Année Épig. 1969/70 n. 691; saec. V) nymfis aude -os pandere fontis. COMPT. Carth. 1, 1 (in imag.; si recte restit.) passio Christi dilapsus erigit ... reci(di)vum domino templum (i. hominem lapsus; -um Krusch, redidivum Bulhart in schedis nostris). ③ quaelibet (adde SERV. l. 16): IVV. 6, 363 velut exhaustā -us (rediv- codd. plerique) pullulet arcā nummus ..., non umquam reputant mulieres prodigae, quanti sibi gaudia constant. TERT. resurr. 12, 6 universa conditio -a est. CLAUD. carm. min. 27, 66 (respic. phoenix avis) venas -us sanguis inundat (rediv- var. l.). AVELL. 59, 1 (in imag.; cf. l. 52) scandalorum -a nascuntur incendia. ENNOD. epist. 9, 6, 1 p. 232, 16 (in imag. ab arando sumpta) terga terrae ... infecunda (i. fere animum tuum inertem) ... -is ad ubertatem sulcis urgere.

β incorporeae: ① malae, molestae sim. (respiciuntur haereses l. 41 sqq. 52 sqq., cf. p. 317, 5. 19; v. etiam B): A vitia sim.: TERT. pudic. 20, 7 moechia de pristino -a. Ps. CYPR. pudic. 9, 3 -ae libidinis flamma (sc. apud senes; respic. Dan. 13, 8 sqq.). AMBR. in psalm. 61, 32 ut ..., si quis peccavit ante, peccare desistat nec -o errore moveatur. CARM. de Sod. 9 post diluvium -a hominum ... impietas iterumque mali nova pullulat aetas. NOVELL. Valent. 1, 1, 1 omnis ... -ae calumniae aditus. EPIST. pontif. 589 Schwartz p. 4, 7 scandali in Alexandrinam ecclesiam -is, ausibus inruerunt ([i. recidibus var. ll.], respic. haereses ut: 591 Schwartz p. 66, 26 temeritate. AVELL. 95, 4 semper isdem furoribus -is). B contentio, pugna sim.: HEGES. 1, 22, 3 -a ... bella reparare. 3, 26, 4 -a proelia resuscitare (PRVD. psych. 391 -a in p. [rediv- var. l.]). GREG. M. epist. 8, 12 l. 8 ne ... contentio -a ... gignat ex pace litigium (14, 13 l. 37 unde -a rursus excitetur c.). 9, 120 l. 17 se -o ... litigio fatigare. C varia: AVSON. 21 (419 S.), 74 quae bona praestas, imperator, efficit ne caduca sint; quae mala adimis, prospicis ne possint esse -a (-dua, redidiva var. ll.). SYMM. epist. 6, 20 post nuntium bonum sequentibus litteris sollicitudini nostrae -um aculeum subdidisti. 9, 50 iniuriam. AVELL. 56, 2 quae ... -a rursus dicuntur scandala concitari (respic. haereses ut: 104, 7 qui ... Eutycheis dogmata -a [-cit- var. l.] resuscitant). RVRIC. epist. 2, 4 p. 376, 15 (vergit ad B2a) causas ... vobis -i huius doloris exponam (antea: redidiva recordatione). ENNOD. carm. 1, 5, 41 pericula. al.

② quaelibet: A facultates, qualitates sim. hominum: TERT. anim. 24, 10 ipsa post oblivionem recordatio memoria -a est. Ps. AVG. serm. ed. Mai 48, 3 -o calore virescent emortua aevo viscera Elisabeth (respic. Luc. 1, 7 sqq.; sim. DRAC. laud. dei 2, 643 [respic. e. g. gen. 17, 17] mirantur ... senes Abraham et Sara -o fomite venas in sobolem caluisse suas). B vita sim. vel aetas: TERT. adv. Marc. 4, 25, 15 doctor legis (Luc. 10, 25) suscitatus ad spem aeternae vitae per exempla -ae (DRAC. laud. dei 1, 558 Ps. ORIG. in Iob 1, 31. 30). IVVENC. 4, 345 (sec. Ioh. 11, 23) Lazarus haec vitae -a in lumina surget ([rediv- var. l.]). sim. SEDVL. op. pasch. 3, 12 peracta -ae lucis operatione [respic. Matth. 9, 23 sqq.]). ARATOR act. 2, 545 infantia rursus fit -a seni (i. baptizato). C cetera exempla: TERT. adv. Marc. 1, 13, 5 Osirim renatum reciprocarum frugum ... et -i anni fidem argumentantur. ARNOB. nat. 3, 9 ut nova quaque sub oriente fetura deorum, quicquid prior aetas abstulisset, -a substitutio subrogaret. OPTAT. serm. 13, 6 si ... eadem forma in patribus ante praecessit, eadem in Christo etiam nunc -o sacramento florescit, scilicet ut innocentia ... iuguletur. SYMM. rel. 26, 2 -a cognitione, sc. iudiciali (-dua var. l.). MAXIM. eleg. 5, 151 longa est pietas, -a voluptas (resid-, rediv- var. ll.). GREG. M. epist. 9, 131 l. 35 quatenus post ... decisionem causae -a ... nullomodo valeat quaestio suscitari. al.

b animantes: **a homines** (*qualitas pro homine posita* l. 7): *gentes sim.* (cf. p. 316, 13 sqq.): SIL. 1, 106 (*de Romanis*) gens -a Phrygum (rediv- var. l.). DRAC. Romul. 8, 311 Priami -a domus ... post ignes reparata. *singuli:* EPIST. pontif. 577 Schwartz p. 121, 9 (c. *nomine agentis; indicatur male factum iteratum*) -us invasor Alexandrinae ecclesiae (i. *patriarcha haereticus restitutus*). CORIPP. Iust. 1, 25 (*respic. pater filius-que magistri officiorum*) successorque boni -aque gloria Petri ... Theodor. **β phoenix eiusve caro** (cf. p. 316, 19, 29): PS. AVG. serm. ed. Mai 37, 1 (*in imag.; respic. Christus*) surrexit de suo funere caro nova -a foenicis. CORIPP. Iust. 1, 350 ales ut ... cum phoenix innovat artus a busto -a suo ..., sic eqs.

2 -a sunt semina (zizania l. 19, *neutr. pro subst. l. 17; v. etiam ad 1 supra*); *respiuntur:* **a herbae, arbores:** MELA 3, 47 ut *agri fertiles*, cum semel sata frumenta sint, subinde -is s. segetem novantibus, ... *multas messes ferant.* *in imag.:* TERT. pudic. 16, 12 intellege, quanta secure censurae *Paulus apostolus* omnem silvam libidinum caedat et eradicet ..., ne quidquam de -o fructicare permittat. OROS. hist. 6, 17, 5 *post mortem Caesaris* -a s. (i. *belli civilis*) in eodem agro germinant (cf. p. 316, 44 sqq.). AVELL. 98, 2 -a Pelagianae pestis zizania (i. *haereseos*; cf. p. 316, 34). **b varia:** PRVD. c. Symm. 2, 822 -a ... s. *hominum* (i. *unde proles nascitur*; recidu-, rediviv- al. var. ll.). EVSTATH. Basil. hex. 3, 8, 9 *quidam omnia igne consumpta esse affirmantes* rursus de -is s. ... causas regenerationis inducunt (*gr. aliter*).

B speciatim in medicina respiuntur febres aliive morbi post intervallum redeunt vel ingravescentes: **1 -a pro subst. fem. (sc. febris? c. gen. morbum significante l. 29, 32; addasne l. 54?):** CELS. 3, 4, 12 ut Hippocrates, si alio *quam impari* die febris desisset, -am timere sit solitus (cf. Hippocr. aphor. 4, 61 *ὑποτροπιάζειν εἰσθῆναι*, sc. *τὸν πυρετόν*). PLIN. nat. 1, 24, 101 Pythagorea de -is morborum. 30, 104 lacerta viridis adaligata ..., quo genere et -as frequenter abigi affirmant (*inde* PLIN. med. 3, 17, 3 -as prohibet lacerta eqs.). RVSTIC. Conc.^s I 4 p. 222, 12 *Cyrrillum* incidere aegritudinis -am (GREG. M. epist. 11, 3 l. 6). p. 223, 4 iterum -am incurrat (EPIST. Merov. 2).

2 usu adi.: **a -i sunt morbi sim. (etiam in imag.):** AMBR. epist. 4, 11, 21 non fiat voluntatis tuae -a infirmitas (FAVST. REI. grat. 2, 5 p. 68, 18 respuisse -ā i. medicinam [i. *non credendo; respic. Ioh. 12, 37 sqq.*]). PETR. CHRYS. serm. 113, 3 (*antea:* post curam) -a ... letalis est saepius aegritudo (cf. supra l. 32). **b -us est dies criticus, quo morbus ingravescere solet** (cf. p. 315, 42 sqq.): GALEN. ad Glauc. 1, 5, 1 fol. 251^{va} (*sim. cod. Cass. p. 65^a, deest Montepess.*) quartum diem firmum utilemque ad faciendam crisim et frequentem dicimus, sextum vero rarum atque infirmum et -duum.

II usu peculiari, sc. mera notione revertendi (accedunt verba re- praefixo composita l. 46, 49): *de malis in auctorem revertentibus* (cf. p. 319, 2 sqq.): PS. SVLP. SEV. epist. 6, 2 fateor ... me saepe armis eloquentiae tuae fuisse conterritum, sed frequenter, ut poteram, -a vulnera reponebam. *de via, qua quis revertitur:* SEDVL. carm. pasch. 4, 140 (*respic. Luc. 7, 12 sqq.*) agmine verso deponens trepidum -o tramite luctum ... revocavit pompa funebris parentem, *sc. filio revivescente* (*inde* op. pasch. 4, 12 in -um t.; *ad vitam restitutum alludi putat van der Laan, comm. 1990 ad loc. priorem, cf. supra p. 316, 61 sqq.*). *? de scintilla recidente, sc. forma recativ- (v. p. 315, 65 sqq.):* PLIN. phys. Sang. p. 276 l. 8 *grano salis in carbones vivos iacto, si scintilla ... in carbones reselit* (i. -sil-), pronunciat *uim aegrum* gravem languorem (habere; sane, si -am fecerit), morietur (i. *scintillam [se] -am facere, i. recidere, putat Ötnerfors, 2006, ad l.; an -am facit ipse aeger, ita ut locus ad IB1 pertineat?*).

pro subst. fem. l. 25 sqq., neutr. l. 17. p. 315, 60.

deriv.: recidivo; cf. recidivatus (-ūs).

cf. Onom.

Sannicandro.

1. *recido (recci-), -ccidī, -cāsūrus, -ere. *a re- et cadere. de scriptura et formis:* *stirpis praes.:* in codd. et papyris vet. praevalet *reci-* (cf. CASSIOD. gramm. VII 203, 6 [e *Caesellio; de consonantibus post re praepos. geminatis*] quod plerumque apud antiquos est, ut ducō redduco, cado -o eqs.; v. etiam Keeline, Glotta 89, 2013, 126 sqq.), e. g. FRG. scaen. inc. (Seider, Paläographie II 1, 1978, n. 6) 15 (*pap., saec. I*). GLOSS. biling. I 2, 128 (*saec. III; sed ibid. 10 reci-*). PLAVT. Men. 520 (*A, si ita legendum; rēci- postulat metrum*). TER. Hec. 47 (*A*). LIV. 44, 31, 15 (*V*). LACT. inst. 6, 17, 3 (*B*). HIL. trin. 5, 1 (*D, V. al.*). HEGES. 5, 8, 2 (*C, M*). AVG. conf. 10, 40, 65 (*S*). OROS. hist. 3, 1, 15 (*L*) *et fere semper in DIG. (F; -cc- in -c- corr. VLP. dig. 1, 6, 5. al.); rarius reci-, e. g. l. 66 et IVLIAN. dig. 28, 5, 38, 4 (F).* AVG. civ. 6, 8 p. 261, 23 (*C*), in *inscr. CE 1495, 2 (saec. I; rēci- sec. me-trum); codd. rec. et -c- et -cc- praebent (variant e. g. HIER. in psalm. 139 AVG. conf. 10, 40, 65).* *stirpis perf.:* *recci- in inscr. et codd. vet. semper, e. g. LAVD. Turiae 1, 15. CE 143, 3 (aet. inc.). PLAVT. Poen. 1369 (A, si ita legendum).* LIV. 24, 34, 11 (*P*). DIG. (*F ubique*); in codd. rec. etiam *reci-*,

e. g. TAC. ann. 6, 10, 2 *et in var. l. CVRT. 9, 5, 25. 10, 1, 16 CASSIAN. conl. 1, 13, 1. al. part. fut. semper reca- inde a* CIC. Att. 4, 18, 4 SVET. Aug. 96, 2, *saepius apud iuris consultos.* NOT. Tir. 11, 47 -it. *de mensura syll. primae:* *in stirpe praes. brevis est* PLAVT. Men. 520 -ent *et in versu dactyl.* DRAC. laud. dei 1, 107 -ente (*et saepius apud eundem, sc. maxime part. praes.*). VEREC. satisfact. 72 -ant; *anceps* TER. Hec. 47 -ere (*ubi recci-cod. A, reci- cett. plerique*); *longa in ceteris dactyl., e. g. apud LVCR., OV., PRVD. et in inscr. p. 317, 71, ceterum in iambis apud PHAEDR. (vix addas l. 25); recc- in oratt. CIC. praefert Zielinski, Das Clausegesetz, 1904, 179.*

in stirpe perf. longa est PLAVT. Poen. 1369. ENN. l. 36 (*nisi praes.*) *et ubique inde a* PROP., OV. *de notione:* SYNON. Cic. p. 442, 2 restagnat. ... revolvitur. -it eqs. GLOSS. -o: *μεταπίπτω*. -it: revolvitur, infertur. *μετέπε-σεν*. incidit, devenit. GLOSS.¹ II Philox. RE 7 -it: *ἐπανάτροπιάζει* (*potius huc quam ad 2. recido*). *legitur inde a* PLAVTO p. 319, 4, ENN., TER., VARRONE, CIC. *per totam latinatatem.* [a *recad-, nisi potius compos. a re-/ri- et *vocibus q. d. romanis:* it. *ricadere, hisp. recaer, port. recahir. cf. M.-L. 7115. Cortelazzo-Zolli² 1360. Corominas-Pascual I 734 sq. Schd.-Cr.] *[confunditur in codd. cum recedere saepissime, e. g. LVCR. 1, 857 LIV. 24, 29, 3 PLIN. nat. 5, 17 (in var. l. falsa VVLG. num. 16, 26), ceterum e. g. cum cadere, sc. perf. cecid-, e. g. l. 36 et SOL. 27, 17 VVLG. gen. 42, 36 (restit. BRVT. Cic. ad Brut. 24, 6), decidere e. g. PROP. 4, 8, 44 OV. rem. 611 (in var. l. falsa APVL. met. 4, 12, 8), redire e. g. BELL. Hisp. 17, 2 (e conl. dub. CAES. Gall. 5, 48, 1 [Pluygers]. QUINT. inst. 6, 3, 28 [Regius]); cuiusmodi lect. varias ut frequentissimas infra saepe tacuimus. loco lacunoso FRG. scaen. inc. p. 317, 64, dubio PLAVT. Poen. 485 recidebant (sic, i. rē-, fort. cod. A; recc- Lindsay, acc- per hiatum codd. cet., edd. plerique); e conl. inc. LIV. 43, 6, 9 -rent (Gronovius, alii alia; recipere trad.)].**

fere i. q. retrorsus cadere (introrsus, i. a superficie, l. 46; *vis praeverbii evanescere vid. e. g. l. 50 sqq. et saepe sub IIB3, per adv. retro firmatur l. 36. 48; saepissime indicatur quo, in quam partem, sc. maxime per praepos. ad vel in c. acc. vel per adv. loci; accedit enunt. consec. p. 319, 75. 320, 8 sqq. 46. 59; simul indicatur unde e. g. l. 38. p. 320, 15. 38. 40. 57, hoc solum e. g. l. 44. p. 320, 66; gr. resp. maxime πίπτειν eiusve composita, v. e. g. p. 320, 32. 34. 64. 68. 321, 24).* **I vigente notione motus localis:** **A quaelibet exempla:** **1 varia** (-unt animantes vel res): ENN. frg. var. 29 ille ictus [retro -it], in natem supinus (r. reced-, r. cecid-, retrocedit var. ll.). LVCR. 1, 1063 *quidam animalia suppa vagari contendunt neque posse e terris in loca caeli -ere inferiora.* PROP. 4, 8, 44 -it in ... suos mensa supina pedes (i. *eo, ubi pedes fuerant; item -it supellex:* APVL. met. 1, 11, 8 grabatulus ... me ... excussus humi -ens in inversum ... tigit). CVRT. 8, 11, 13 *milites saxi perculsi instabili ... gradu praecipites -bant.* QUINT. inst. 11, 3, 162 narratio ... prolatam manum, amictum -entem ... postulabit (*nisi ad 2*). PS. QUINT. decl. 5, 19 p. 105, 17. APVL. met. 1, 16, 6 funis, *quo me suspendere volui, dirumpitur atque ego de alto -ens comitem ...* superruo. 8, 5, 8 *equus vulneratus* -ens, qua sanguis effluerat, toto (t)ergo supinatus. LACT. mort. pers. 33, 7 malum (*sc. ulcus genitalium*) -it introrsus et interna comprehendit. PELAGON. 267, 2 *equus opisthotonus non in priorem partem procedit, sed retro in se ipsum -it (inde VEG. mulom. 2, 111, 1 in posteriore -it partem. cf. Hippiatr. gr. I p. 177, 20 ὀπίσσω πίπτει).* ORAC. Sibyll. 8, 243 (Aug. civ. 18, 23 p. 286, 17) -et e caelo ignisque et sulphuris amnis (*gr. ἐεύσει*). DRAC. Orest. 578 ut *Clytemestra* prostrato vivat Egisto ante oculos -ente suos. 757 (*verba Clytemestrae*) super ossa ruam -ens ... Egisti. **2 part. praes.** -ens *pro adi. fere i. q. caducus (hucine l. 42?):* SYMM. epist. 6, 70 par ... sumptus est semel solida conlocare, *sc. aedificia, et saepe integrare -entia (Scioppius, re)ced-, cad-codd.*). DRAC. Orest. 195 *Electra* sexus iners, -ens, miseranda, quid audet?

B qui (quod) -it, eo redit, ubi prius fuit (cf. IIA): **1 quaelibet exempla:** *Cic. div. 1, 123 in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum suum -isse.* OV. epist. 14, 46 ter ... sustulit ensem, ter male sublato -it ense manus mea (*decid- al. var. ll.*). LIV. 24, 34, 11 cadentem navem ... ita undae adfligebant ut, etiamsi recta -erat, (*Gronovius, r. -ret, recepta -erant al. codd.*), aliquantum aquae acciperet. SEN. dial. 10, 12, 3 quomodo in tonsorem excandescunt, ... si quid capillorum extra ordinem iacuit, nisi omnia in anulos suos -erunt! epist. 57, 2 *pulvis* in ipsos, a quibus excitatus est, -it. CVRT. 5, 3, 20 *saxa* multorum ... manibus convolsa in eos, qui commoverant, -bant. **2 -itur in terram sim.:** CIC. nat. deor. 2, 66 et -unt omnia in terras et oriuntur e terris (*item opp.:* FIRM. err. 17, 2 ut et -ant in eam *terram* omnia et rursus ex ea orta procedant. AVG. civ. 6, 8 p. 261, 29 *semina* in terram, de qua oriuntur, iterum -unt). OV. met. 10, 18 in quem *mundum infernum* -imus, quidquid mortale creamur. 10, 180 -it in ... terram pondus *disci*. REGVLA mag. 8, 5 nos ... esse ... quasi quasdam terrae glebas ... erectas de terra, in suo sulcu (*sic*) denuo -suras. **3 -itur per circuitum:** EVSTATH. Basil. hex. 1, 3, 2 unde *circulus* coeperit aut quo -erit, non possumus invenire (*gr. p. 9^B εἰς ὃ κατέληξεν*).

II *evanescente notione motus localis:* **A** *significatur reditus quidam:* **1** *indicatur, quo quis (quid) -at:* **a** *in hominem, sc. -unt dicta vel facta in auctorem* (in caput alicuius l. 15. 18, in memoriam pueritiae suae, i. *ferre in se puerum*, l. 9): PLAVT. Men. 520 omnes in te istaec -ent contumeliae. Poen. 1369 malum postremo omne ad lenonem -it (redit var. l.). CIC. S. Rosc. 79 ut ... omnem suspicionem in vosmet ipsos -ere intellegas. Phil. 4, 10 Antonii amentiae poena in ipsum familiamque eius -at. 13, 19 quaecumque falso Antonius diceret in Octavianum ..., ea vere -ere in memoriam pueritiae suae. BRVT. Cic. ad Brut. 25, 1 ut Cicero se maledictis non abstinere, iis quidem, quae in ipsum dupliciter -unt. PS. SALL. rep. 1, 3, 2 neminem multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido -at. OV. met. 6, 212 (*loq. Latona*) Niobe me, quod in ipsam -at, orbam dixit. LIV. 25, 31, 4 pleraque eorum maleficiorum, quo debuerint, -isse. 36, 29, 8 Aetolorum prava consilia atque in ipsorum caput ... -entia. SEN. benef. 3, 27, 2 senator id, quod ebrius male optaverat, ut in se et in filios suos -ret, optavit. epist. 81, 19 mala exempla -unt in auctores (QVINT. inst. 5, 2, 2 TAC. ann. 6, 10, 2). CVRT. 9, 5, 25 ne in ipsius medici caput parum prosperae curationis -ret eventus. 10, 1, 6 -isse iram Alexandri in irae ministros. al. QVINT. inst. 6, 3, 8 risus habet ... sedem in deformitate aliqua et turpitudine, quae ... cum in ipsos dicentes -unt, stultitia vocatur. 6, 3, 32. al.

b *in statum priorem (hoc ita esse apparet e. g. ex pron. idem l. 38 sqq. 47. al., suus l. 34. 49. adi. antiquus, vetus l. 41. 46. adv. iterum vel rursus l. 36. 42. al. [cf. p. 318, 68 sq.], substantivo iterato l. 27. 34):* **a** *in quemlibet statum:* VARRO Men. 107 s(i) in somn[i]um -eris et ὀνδέ-ποτε, eris iterum experrectus (i. ed. Aldina Nonii, alii alia coni. pro textu gr. corrupto). LVCR. 5, 280 aer haut ... cessat gigni de rebus et in res -ere. CIC. Tusc. 5, 10 ab antiqua philosophia usque ad Socratem ... tractabatur, unde omnia orerentur quove -rent (reced- var. l.). PS. CIC. exil. 13 ut ego ad pristinum statum -am casus. VITR. 8 praef. 1 quae ... de aere nascerentur ... in caeli regiones reverti ... et in eam -ere, in qua ante fuerant, proprietatem professus est Euripides (cf. frg. 836, 11 N. εἰς οὐράνιον πάλιν ἦλθε πόλον). SEN. clem. 1, 1, 6 nemo ... potest personam diu ferre; ficta cito in naturam suam -unt. CE 1495, 2 (*saec. I*) respice ..., in nihil ab nichilo quam cito -imus. NERAT. dig. 41, 1, 14, 1 utrum locus maneat eius, cuius fuit aedificium iam sublatum, an rursus in pristinam causam -it ([an -er]it?). POMPON. dig. 49, 15, 6 mulier ... capta ... ac redempta in c. suam -it). **β** *in statum malum, peiorem:* CIC. Sest. 146 in eandem illam -ere fortunam, i. in exilium. BRVT. Cic. ad Brut. 24, 6 in eadem tenebras -isse (cecid- codd. plerique). LIV. 24, 32, 9 Syracusae ..., cum breve tempus libertas adfulsisset, in antiquam servitutem -erant. SVET. Iul. 17, 1 -it rursus in discrimen aliud inter socios Catilinae nominatus. LACT. inst. 7, 15, 16 Roma rursus ad regimen singularis imperii -it. al. in morbum sim. (cf. l. 54. 57. p. 320, 49 sqq.): FEST. p. 277 (suppl. e PAVLO p. 276) (re)morbescat, (in mor)bum -at (SEN. dial. 4, 36, 4 in morbos aegri irati -ēre. HEGES. 5, 8, 2 [in imag.] in veterem m. febris internae ... -bant [i. in bellum civile; cf. gr. 5, 255 ἀνεύσοον]). CELS. 3, 19, 6 ne in eandem infirmitatem (inbecillitatem var. l.) cito -at. AVG. serm. 52, 16 Rev. Bénéd. 74, 1964, 27 l. 236 videtur mihi iste ... in suam quasi aegritudinem spiritalem ... iterum -isse.

2 *non indicatur quo:* **a** -unt homines (sc. in statum peiorem, morbum sim.; cf. lbβ): CIC. Att. 12, 21, 5 (in imag.; antea: accipere medicinam) ab his me remediis, i. studiis philosophicis, noli in istam turbam fori vocare, ne -am. OV. rem. 611 iuvenis in portu paene salutis erat; -it (decid- al. var. ll.), ut cupidos inter devenit amantes. SEN. epist. 72, 6 hoc ... interest inter consummatae sapientiae virum et alium procedentis, quod inter sanum et ex morbo gravi ... emergentem ...; hic nisi adtendit, ... in eadem revolvitur, sapiens -ere non potest, ne incidere quidem amplius. **b** -unt res (sc. in eos, qui antea affecti sunt): SEN. dial. 5, 39, 3 remedium spatii dandi ut citius ira desinat, efficit; deinde custodit, ne -at. PLIN. nat. 28, 228 ne febres -ant in aegrum. RVT. NAM. 1, 312 mirus Latiis annalibus ordo, quod Lepidum, totiens -it ense malum (i. potius adi., i. ex Lepidis ortum, quam gen. plur.; simul intellegitur per ironiam adi. commune).

B *cetera exempla:* **1** *respicitur potius deminutio quantitatis vel virium sim.:* **a** -unt ea, quae ad pauciores attinent, pauciores afficiunt sim.: TER. Hec. 47 nolite sinere per vos artem musicam -ere ad paucos (SCHOL. p. 141, 11 redire). VLP. dig. 3, 4, 7, 2 (antea: si universitas ad unum redit) cum ius omnium in unum -erit (SOL. 27, 17 leaenae fetu primo catulos quinque edunt ... et postremo, cum ad u. materna fecunditas -it eqs.; cf. p. 321, 28). **b** -unt, quae ipsa (qui ipsi) minuuntur: res: LVCR. 1, 857 neque -ere ad nihilum res posse neque ... crescere de nihilo (PS. QVINT. decl. 13, 6 p. 271, 14 alvearium ... ad n. -it. PS. CENS. frg. 1, 3). COLVM. 6, 15, 2 cum iam ignis in favillam -it (vergit ad IB2). PORPH. Hor. ars 65 paludem in hoc -isse, ut iam aretur. DRAC. laud.

dei 2, 161 tu, deus, rursus reprimis flatus -entibus euris ([reced- var. l.]. Orest. 42. item de ventis: Romul. 8, 428 -ente procella [Peiper, resid-trad.]). 2, 634 (agitur de Sara anu) spes generis -ens et vis materna peracta. animantes: PLIN. nat. 5, 17 gens Maurorum attenuata bellis ad paucas -it familias (reced- var. l.). PAVL. dig. 33, 5, 13 pr. cum tota familia ad unum servum ... -erit.

2 *respicitur potius condicio inferior, peior sim.:* **a** -unt res: accedit enunt. consec.: CIC. Verr. II 5, 163 hucine tandem haec omnia -erunt, ut civis Romanus ... virgis caederetur? (SEN. contr. 9, 6, 6 h. scelera [saecula Madvig, fort. recte] -erunt, ut parricidium puellare sit?). BELL. Hisp. 17, 2 Pompei funestae laudes ... ad hanc fortunam -erunt, ut cives Romani indigentes praesidii simus. QVINT. inst. 2, 10, 3 eo ... res ista ... -it, ut ... inscitia declamantium eloquentiam corrumperet. SALV. gub. 3, 10 in hoc ... fides ... -it (reced- var. l.), ut eqs. al. cetera exempla: CIC. Sull. 91 quam cito illa omnia ex laetitia ... ad luctum ... -erunt. Phil. 7, 27 hunc tantum tuum apparatus ... ne ad nihilum -ere patiari (orat. 233 videsne, ut ordine verborum ... commutato ... ad n. omnia -ant eqs.? Att. 4, 18, 4 id, quod affirmat Cato, ego puto ... ad n. -surum. cf. p. 319, 34. 72 sqq. et COLVM. 4, 3, 5 quod nisi fecerimus, omnis impensa in cassum -at. IVLIAN. dig. 28, 5, 38, 4 ad irritum [al., v. vol. VII 2, 436, 14 sqq.]). CAEL. Cic. fam. 8, 14, 2 (in)vidiosa coniunctio Caesaris et Pompei non ad occultam -it (reced- trad.) obtreccationem, sed ad bellum se erumpit. LIV. 4, 2, 8 ne id Iuppiter ... sineret, regiae maiestatis imperium eo -ere (sc. ut plebei consules fierent). 30, 42, 18 commemorantium, ex quantis opibus quo -issent Carthaginiensium res. SEN. contr. 9, 2, 9 vestri fasces ... in quantum ... dedecus -erunt! PHAEDR. 3, 18, 15 delusa ne spes ad querelam -at. SEN. benef. 7, 2, 2 voluptas ... citius in contrarium -ens. CVRT. 5, 2, 14 mensam Darei ad ludibrium -entem, sc. pedibus Alexandri subditam (9, 7, 23 Macedonum fortitudinem ad l. -isse). PRVD. apoth. 878 vitiosum (i. res vitiosa) ... tristem -it in poemam. RVSTIC. Conc. I 4 p. 17, 7 usque ad tantam perturbationem, quae Christianorum sunt, -erunt (Migne gr. 78, 1397^c ἐνέπεσε τὰ ... πράγματα). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 18, 1 p. 376^A nisi ad mortalitatem hanc immortalitas protoplastorum -isset (gr. μετέπεσε). al.

b -unt animantes eorumve animi, membra sim. (confessio pro confitentibus l. 61): **a** in malam fortunam, sortem, condicionem vitae sim.: NEP. Alc. 7, 1 quod ... minus ex sententia rem gesserat, in invidiam -it. LIV. 2, 7, 8 consul questus est ex liberatore patriae ad Aquilios se Vitelliosque -isse (i. pro proditore se haberi). 44, 31, 15 ut in eam fortunam -ret rex in custodiam traditus (QVINT. inst. 6, 1, 23 cum dicimus, ex qua illi reo f. et in quam -endum sit. cf. l. 11. p. 319, 39). SEN. Herc. f. 269 Cadmea proles ..., quo -istis? (HIL. syn. 87 q. tandem in tantis haereticorum furoribus -emus, si eqs.? CE 143, 3 [lacunosum] q. -isti, anima). benef. 6, 39, 2 amicus in potestatem meam -at ..., sine me salvus ... esse non possit (v. etiam p. 321, 30). IVV. 12, 54 amicus naufragium timens illuc -it, ut malum ferro summitteret. PORPH. Hor. sat. 1, 6, 85 in malam estimationem apud cives. RVSTIC. Conc. I 4 p. 13, 23 mulier dum ab antiqua prosperitate -erit eqs. (Migne gr. 78, 1041^B ἐκπεσούσῃ). al. **β** in morbum, aegritudinem sim. (cf. p. 319, 43 sqq.): LIV. 24, 29, 3 (in imag.) Syracusani levaverunt modo in praesentia velut corpus aegrum (i. civitatem), quo mox in graviolem morbum -ret (SVET. Tib. 72, 2. VEREC. satisfact. 72 in nullo ... m.). CELS. 2, 7, 2 ne in malum habitum corpus eius -at. CAEL. AVR. acut. 2, 1, 2 in phrenitum (cf. 2, 10, 73 in phreniticam ... passionem). DIONYS. EXIG. Conc. I 5 p. 295, 38 in alteram -it aegritudinis, i. haereseos, qualitatem (gr. I 1, 6 p. 151, 17 ἐμπέτωσεν, altera vers. I 4 p. 233, 6 incurrit).

γ in actiones, mores sim. (sc. peiores): SEN. nat. 3 praef. 11 a divinorum conversatione quotiens ad humana -eris (i. contemplando). TERT. castit. 9, 5 de summo illo ... virginitatis gradu (cf. l. 66) in secundum -isse nubendo. ITIN. Alex. 40, 91 in id ... paenitudinis, ut eqs. HIL. trin. 1, 32 ad impietatem (5, 1 -ret ... in alterius haereseos i. deum unum patrem et filium professa confessio). 10, 37 cum Petrus ... in tam grave fidei periculum ter negando -ret (reced- var. l.). CONC. I 2 p. 84, 12 qui sub culpa -erunt paucorum subversione (= I 3 vers. Tur. p. 110, 13; Rustic. ibid. ceciderunt, gr. I 1, 3 p. 29, 21 ππτώτων). CASSIAN. inst. capp. 9, 6 quod nullus repentino lapsu conruat, sed paulatim ... -ens pereat. conl. 1, 13, 1 a summo bono. 3, 5, 1 de illo superiore gradu ... ad vituperabilem finem. DIONYS. EXIG. Conc. I 5 p. 239, 9 ne ... in crimen sacrilegii -amus (gr. I 1, 1 p. 36, 22 περιπέσομεν, altera vers. I 2 p. 48, 3 incurramus). GREG. M. dial. 2, 3, 9 per cogitationis lapsum sub nosmet ipsos -imus (reced- var. l.; opp. levamur). al., maxime apud CASSIAN.

3 *varia (raro apparente vi praeverbii vox vergit in notionem accidendi, incidendi; fort. -itur ad locum remotiorem in ordine successionis sim. l. 75, temporis p. 321, 16 sq.):* **a** -it aliquid ad (in) homines: **a** possessio, ius: CIC. Q. Rosc. 54 cum ..., quodcumque tibi exigeres, id in societatem -ret. IVLIAN. dig. 35, 2, 87, 6 si ... ad filium alterum hereditas